¶ Dots aliud erat chorda, note ficit chorda ac eius residuū de semicirculo. (Nam quoniam uerbi gratia) quæ 36. gradibus subtenditur 37. 4. 55. portionū esse demonstrata est, & quadratum eius 1375. 4. 15. diametri uero quadrati portionum 14400. erit chordæ quæ reliqui ad semicirculū gradus 144. subtenduntur, quadratum 13244. partes. M. 56. fere & longitudine eius earundem 114. 7. 17. proxime in reliquis quoque similiiter.



Quadrata.


- ¶ Dodecagoni. 900.0.0. E.D.
 - ¶ Decagoni. 1375. 4. 14. D.F.
 - ¶ Exagoni. 3600.0.0. B.D.
 - GAVR. ¶ Pentagoni. 4975. 4. 15. B.F.
 - ¶ Tetragoni. 7200.0.0. B.A.
 - ¶ Trigoni. 10800.0.0. A.B.
 - ¶ Diametri. 14400.0.0. A.G.
 - ¶ Lateris E.F. 4500.0.0. E.B.
- Sed quemadmodum ab istis reliquis particulatess

particulares etiā dabūtur deinceps demonstrabimus, si prius per urile ad hoc negotium theorema exposuerimus. Sit enim in circulo A B C D quadrilaterum.

Gauric.


¶ Si quadrilaterum inscriptum circulo fuerit rectangulum, quod sub duabus eius diametris continetur est, aequalē duobus que sub lateribus eius op̄ positis continentur rectangulum pariter acceptis.

Prout forte contigerit, figura descripta, & protrahatur A G & B D demon strandum, quia quod sub A G & B D lineis continentur aequalē utriusq; simul illis est que ex A B in D G & ex A D in B G constitutuntur, sit enim angulo D B G, angulus E B A aequalis, si ergo communem addamus angulum E B D erit totus angulus A B D aequalis toti angulo E B G aequalis, sed angulus quoque B D A aequalis est angulo B G E, eidem enim arcum subtendit, trianguli ergo A B D & B G E aequalium inter se angelorum sunt, quare proportionaliter se habent, sicut B G ad G E. Sic B D ad D A. Quare quadrangulum quod est ex B G in A D aequalē illi quadrangulo est quod ex B D & G E constitutur. **¶** Rursus quoniam A B E angulus, angulo G B D aequalis est, & similiter B A E ipso B D G. In circulo triangulus A B E aequalē est angelorū cum triangulo B D G quare proportionality sicut A B ad A E, sic B D ad D G, est igitur quadrangulum quod ex A B & D G lineis constitutur aequalē quadrangulo linearum B D & A E, sed B G & A D linearum quadrangulum qua drangulo illi aequalē demonstratum est, quod ex B D & G E lineis constitutur.



Erit ergo totum etiam quadrangulum quod est ex A G, in B D aequalē utriusq; que sunt ex A B in D G & ex A D in B G quod erat demonstrandum.


¶ Hoc ita exposito sit semicirculus A B D G super diametrum A D & duas lineas A B & A G ab a puncto protrahantur, si igitur utraq; ipsarum datæ magnitudinis taliter umq; portioni quales in diametro dantur 120, & coniungantur B G, dico ipsam quoq; linea B G datam esse. Ducantur enim lineæ B D & G D, quas etiā datas esse necesse est, quoniam residuus ad semi circulū arcubus subtenditur, quoniam ergo in semicirculo quadrangulū A B G D inscriptum est, erit quadrangulum quod fit ex A B in G D unum est eo quia drāgulo quod est ex A D, in B G equale quadrangulo illi quod ex A G in B D constitutur. Est autem quadrangulum quod fit ex A B in D G datum, ergo reliquum etiam quod est ex A D in B G datum est, semidiameter quoq; A D data est, data ergo etiam linea B G. Hinc manifestum est si duo arcus, & lineæ quoq; illis subtenduntur dabuntur, dabūtur etiā linea qua duorum illorum arcuum excessus subtenditur, ex hoc theoremate patet quod alias quoq; lineas nec paucas à datis excessibus inscribemus, & illam etiā qua duodecim gradus subtenduntur, cum habeamus 60 gradum arcus chordam & etiam que 72 gradus subtendit.




¶ Sit rursus propositionem, data in circulo linea media subtensi arcus chordā inuenire. Sitq; semicirculus A B G super diametrum A G, & data linea sit G B, arcus vero G B in duo aequalia per punctum D dividatur & ducantur lineæ ad B D D' G, ex D autem ad A G perpendicularis D F ducantur dico F G. Medicatem

Meditatatem esse excessus $A B \& AG$ linearum, ponatur enim $A B$ linea linea $A B$ & qualis & protrahatur $D E$ & quoniam $A B$ linea & qualis est ipsi $A B$ si $A D$ communis accipiatur, erunt due lineae $A B \& AD$ & $AE \& AD$ altera alterius & qualis est autem etiam angulus BAD angulo EAD & qualis, quare basis quoque $B D$ & qualis erit basis $D E$, est autem ipsa $B D$ ipsi $D E$ etiam equalis, ergo $D G$ & $D E$ & qualis quoniam igitur a vertice D & G trianguli, duorum & qualium laterum ad basim eiusdem $D E$ perpendicularia deducta est, erit $B F$ linea ipsi $F G$ & qualis, sed $E G$ tota linearum $A B \& AG$ excessus est & $F G$, igitur excessus ipsarum medianas est, quare quoniam $B G$ arcus. Chorda data sit $A B$, similiter quam ad semicirculum residua sit, dabitur etiam $F G$ quia $A G \& AB$ linearum excessus medianas est. Verum quoniam in orthogonio triangulo AGD deducta perpendiculari $D F$ duo trianguli ADG & DGF & qualium angulorum efficiantur, etsi sicut AG ad GD , sic GD ad GF .

¶ Erit etiam quod sub $AG \& GF$ rectangleum continentur & quale quadrato lineas $D G$ quare longitudine quoque ipsius $D G$ qua $B G$ arcus medianas subtenditur data erit, & ita per hoc theorema etiam aliae multae per mediationem propositarum dabuntur, & medietatis duodecim partium chorda que σ , subtendit, & que tres, & que unam cum dimidio, & que dimidio, unius partis, & quartam. Est autem nobis per computationem invenimus unius partis cum dimidio chordam talis esse proxima, 34. 15. qualis est diameter 120, & medietatis quartus quoniam per compositionem subtenduntur.



¶ Sit igitur circulus $ABGD$ super diametrum AD & in centro F circinductus, & de puncto A , duo deinceps dati arcus acceptane qui sunt $A B$, & BG & protrahatur $A B$ & BG linea, ipse quoque similiiter dat, dico si AG coniuncta fuerit ipsam quoque haberi. ¶ Ducatur enim ex B diameter circuli qui sit $B F E$, & protrahatur linea $B D D G G E D E$, patet ergo ex seipso, quia propter lineam $B G$ dabatur linea GE , & propter $A B$ dabatur $B D$, & DE , & quoniam ut in superioribus dictum est BGD quadrangulum in circulo constitutum, & $B D G E$ duæ lineæ ab angulis ad angulos eius deductæ sunt rectangulum, quod sub istis continetur aquale est utriusque simul, quæ exppositis lateribus efficiuntur, quare quoniam rectangulum linearum $B D \& GE$ datum est, & similiter quod est ex $B G$, & DE , dabatur etiam quod ex $B E \& GD$ constitutum, sed diameter quoque BE data est, reliqua ergo etiam GD data erit, & propter hanc etiam GA quia ad semicirculū residua est, quare si duo arcus & chordæ suæ datae fuerint dabatur etiam per hoc theorema chorda quæ duo arcus illi per compositionem subtenduntur.




¶ Perspicuum autem est quia si ad progressas semper omnes eam componamus quæ unum gradum cum dimidio subtenditur, & compostas computeamus, omnes simplices inscribemus que duplicata tertiam partem habebunt, & sole relinquenter quæ inter spatia unius gradus cum dimidio sunt, duæ in singulis (quoniam per medietatem gradus incrementa

incrementa facimus) futuræ. Quare si me-
dij gradus chordam inueniemus, ipsa
tum per cōpositionem datarum linea-
rum quibus spatiæ cōtentur, tum per
excellum uniuersas nobis que inter du-
as sunt facile replebit, ¶ Verum quoni-
am data chorda qua unius ac mediae
partis arcus subtendit que tertiam ei-
usdem arcus partem subtendit non da-
tur per lineas. Nam si possibile id esset
mediij gradus chordam hinc habere-
mus, idcirco à chorda unius ac mediij
gradus, & à chorda mediij simul atque
quarti gradus unius chordam inuenie-
mus theoremata, uno præposito quod
& finō uniuersaliter quantitates possint
determinare, attamen in tā minimis nul-
la ad determinatas habeat mutationē,
dico igitur quia si duæ inæquales lineaæ
in circulo pérducantur, maior ad mino-
rem, minorem proportionem habebit
quam arcus maioris ad arcum minoris.

¶ Sit enim circulus ABGDC & pérducantur
in eo duæ inæquales lineaæ quarum mi-
nor sit AB, maior uero BG, dico GB linea
am minorem proportionem habere ad
BA quam BG arcum ad arcum BA.
¶ Dividatur enim ABG angulus in
duo æqualia per lineam BD & coniun-
gantur AE & AD & GC lineaæ, quo-
niam igitur ABG angulus in duo æqua-
lia per BE & D lineam diuisus est, linea
quidem CD æqualis est linea AD, linea
uero GE, maior est quam linea EA, de-
ducatur igitur à puncto D ad E & lineaem
DE perpendicularis & quoniam AD
maior est quam ED & ED quam EP.
Circulus qui centro D & spatio DE,
circumscribitur, AD quidem lineam
diuidet, D uero lineam super excedet.
¶ Designetur ergo circulus IBT &
producatur DE ad T quoniam igitur
DE sector DE & triangulo maior est,
triangulus autem DEA, sector DE & ma-
ior, habebit DE & F triangulus minorem
proportionem ad triangulum DEA
quam DE & T sector ad DE & sectorem,
sed sicut se habet triangulus DE & F ad
triangulum DEA, sic se habet DE & linea
ad lineam EA sicut etiam DE & T sector


ad sectorem DE & se habet, sic se habet
angulus FDE ad angulum EDA, qua-
re linea FE minoris est proportionis
ad EA lineam quam FDE angulus ad
angulum EDA quare coniunctū quo-
que linea FA, minoris est propor-
tionis ad lineam EA quam angulus FEA
ad angulum ADE. Antecedentū quoq[ue]
dupla GA linea minorem habet propor-
tionem ad lineam EA quam angulus
GDA ad angulum EDA sed sicut se ha-
bet linea GB ad lineam EA sic se ha-
bet linea GB ad lineam BA & sicut se ha-
bet angulus GDB ad angulum EDA
sic se habet arcus GB ad arcum BA Ali-
nea igitur GB minorem habet propor-
tionem ad lineam BA quam arcus GB
ad arcum BA.



¶ Hoc ita præposito, describatur circu-
lus ABG & pérducantur in eo duæ inæ-
quales lineaæ AB & AG supponaturq[ue]
dimidiâ partem gradus unus & quar-
tam unam subtendi per lineam AB, per
lineam uero AG gradus unus subten-
datur, & quoniam AG linea minorem
proportionem habet ad lineam AB quam
AG arcus ad arcum AB. Estiq[ue] AG ar-
cus in sexquiteria proportione ad ar-
cum AB, erit GA linea ad lineam BA
minor quam sexquiteria. Demonstra-
ta autem est AB linea 0.47. S. talium pro-
portionum qualis diameter habet 120 li-
nea. igitur GA minor est quam 12. 50.
B. Eatun,

Eaturūdē hæc enim in sexquicertia pro-
portionē sunt 0. 47. 8.

¶ Rursum in eadem descriptione sup-
ponamus unum gradum B A & unum
atq[ue] dimidium A G lineas subtendi. Si
militer ergo quoniam A G circunferen-
tium pars lexquialtera est ad AB arcum,
erit GA linea minor quam sexquialtera
ad lineam BA, sed AG linea demonstra-
ta est triplum eius 1.34.15. qualium dia-
meter est 120. linea igit[ur] AB maior est quam
portiones similes 1. 2. 50. ad has enim sex-
quialteram habent proportionem 1.34.
15. particulz, quare quoniam AG unum
gradum subtendit lineam & maior &
minor eiusdem monstratur, ipsa quoque
habebit de talibus partibus 1.2.50. pro-
xime qualium est diameter 120. itaque
medium gradum subtendit ex istis, ha-
betur inveniturē habere 0.51.27. proxim
me de diametri partibus.



¶ Hoc igit[ur] modo (ut diximus) teli-
qua spatiæ replebuntur. Nam uerbi gra-
tia primum spatium duorum graduum,
arcus chordam inuenimus compotio-
nem mediū gradus ad unum & dimidi-
um demonstrata, per excessus autē qui
est ad tres gradus, duorum cum dimi-
dio graduum chorda dabatur & simili-
ter in ceteris, sed negotium de rectis
in circulo lineis sicut puto facillime per
tractatum est, uerū ut paratas linearum
quantitates (cum opus fuerit) habeas-
mus, tabulas 45. uerū commoda-
tis causa subiçimus, quarum prime pat-
tes arcuum quantitates, media gradus
um ad auctorum contingunt. secundū
chordarum quantitates arcibus ac-
commodatas prout diameter 120. par-
tium supponitur. Tertie trigeminā chor-
darum in singulis semigradiūm incre-
mentis partem, ut unius quoq[ue] hexago-
ni chorda latus habita facile pertine-
tes usq[ue] ad 30. quantitates cōputemus.

¶ Hic etiam si error in scribendis tabu-
lis accideret, facilis ei inquisitio & emen-
datio fiet, uel ex duplī arcus ad eū quē
querimus chorda uel ab excessu aliarū
qua datę fint, uel à residu ad semicircu-
lum arcus chorda. ¶ Est autem tabula-
rum descrip[ti]o hæc.

Arco	Chordarum	trigesimaru		Arco	Chordarum	trigesimaru	
par. M	par. M	2 ⁴	M 2 ¹ 3 ¹	par. M	par. M	2 ⁴	M 2 ¹ 3 ¹
0 30	0 31	25	1 2 50	23 0	23 55	27	1 1 33
1 0	1 2	50	1 2 50	23 30	24 26	15	1 1 30
1 30	1 34	15	1 2 50	24 0	24 56	58	1 1 26
2 0	2 5	40	1 2 50	24 30	25 27	41	1 1 22
2 30	2 37	4	1 2 48	25 0	25 58	21	1 1 19
3 0	3 8	28	1 2 48	25 30	26 29	1	1 1 15
3 30	3 39	92	1 2 48	26 0	26 59	38	1 1 11
4 0	4 11	16	1 2 47	26 30	27 30	14	1 1 8
4 30	4 42	40	1 2 47	27 0	28 0	48	1 1 4
5 0	5 14	4	1 2 46	27 30	28 31	10	1 1 0
5 30	5 45	27	1 2 45	28 0	29 1	50	1 0 56
6 0	6 16	49	1 2 44	28 30	29 32	18	1 0 52
6 30	6 48	11	1 2 43	29 0	30 2	44	1 0 48
7 0	7 19	33	1 2 42	29 30	30 33	8	1 0 44
7 30	7 50	54	1 2 41	30 0	31 3	30	1 0 40
8 0	8 22	19	1 2 40	30 30	31 33	50	1 0 36
8 30	8 53	35	1 2 39	31 0	32 4	8	1 0 31
9 0	9 24	54	1 2 38	31 30	32 34	21	1 0 27
9 30	9 56	13	1 2 37	32 0	33 4	39	1 0 22
10 0	10 27	32	1 2 35	32 30	33 34	40	1 0 17
10 30	10 58	49	1 2 33	33 0	34 4	55	1 0 12
11 0	11 30	5	1 2 32	33 30	34 35	1	1 0 8
11 30	12 1	21	1 2 30	34 0	35 5	5	1 0 5
12 0	12 32	30	1 2 28	34 30	35 35	40	0 59 57
12 30	13 3	50	1 2 27	35 0	36 5	5	0 59 52
13 0	13 35	4	1 2 26	35 30	36 35	1	0 59 48
13 30	14 6	10	1 2 25	36 0	37 4	55	0 59 43
14 0	14 37	29	1 2 24	36 30	37 34	47	0 59 38
14 30	15 8	38	1 2 19	37 0	38 4	30	0 59 32
15 0	15 93	47	1 2 17	37 30	38 34	22	0 59 27
15 30	16 10	56	1 2 16	38 0	39 4	5	0 59 22
16 0	16 42	3	1 2 13	38 30	39 33	46	0 59 16
16 30	17 13	9	1 2 10	39 0	40 3	25	0 59 11
17 0	17 44	14	1 2 7	39 30	40 33	0	0 59 5
17 30	18 15	17	1 2 5	40 0	41 2	33	0 59 0
18 0	18 46	19	1 2 2	40 30	41 32	3	0 58 54
18 30	19 17	21	1 2 0	41 0	42 1	30	0 58 48
19 0	19 48	21	1 2 57	41 30	42 30	54	0 58 42
19 30	20 19	19	1 1 54	42 0	43 0	15	0 58 36
20 0	20 50	16	1 1 51	42 30	43 29	33	0 58 31
20 30	21 21	12	1 1 48	43 0	43 48	42	0 58 26
21 0	21 52	6	1 1 45	43 30	44 28	1	0 58 18
21 30	22 22	58	1 1 43	44 0	44 57	10	0 58 12
22 0	22 53	49	1 1 39	44 30	45 26	16	0 58 6
22 30	23 24	39	1 1 36	45 0	45 55	19	0 58 0

Arca	Chordarum	trigesimaria		Arca	Chordarum	trigesimaria	
par. M	par. M	2'	M 3' 3"	par. M	par. M	2'	M 3' 3"
45 30	45 24 19	0 57 54		68 0	67 0	12	0 52 1
45 0	45 53 16	0 57 47		68 10	67 31	12	0 51 2
46 30	47 22 9	0 57 41		69 0	67 58	8	0 51 43
47 0	47 51 0	0 57 34		69 30	68 23	59	0 51 33
47 30	48 19 47	0 57 27		70 0	68 49	45	0 51 23
48 0	48 48 30	0 57 21		70 30	69 15	27	0 51 14
48 30	49 17 11	0 57 14		71 0	69 41	4	0 51 4
49 0	49 45 48	0 57 7		71 30	70 6	36	0 50 55
49 30	50 14 21	0 57 0		71 0	70 12	3	0 50 45
50 0	50 42 51	0 56 53		71 30	70 57	26	0 50 35
50 30	51 11 18	0 56 46		73 0	71 24	44	0 50 26
51 0	51 39 44	0 56 39		73 30	71 4	56	0 50 16
51 30	52 8 0	0 56 31		74 0	71 13	4	0 50 6
52 0	52 36 16	0 56 25		74 30	71 38	7	0 49 56
52 30	53 4 19	0 56 18		75 0	73 3	5	0 49 40
53 0	53 32 38	0 56 10		75 30	73 27	58	0 49 30
53 30	54 0 43	0 56 3		76 0	73 54	45	0 49 26
54 0	54 23 44	0 55 55		76 30	74 17	29	0 49 16
54 30	54 56 44	0 55 48		77 0	74 46	7	0 49 6
55 0	55 24 36	0 55 40		77 30	75 6	39	0 49 55
55 30	55 52 20	0 55 33		78 0	75 31	7	0 48 45
56 0	56 10 12	0 55 25		78 30	75 55	19	0 48 34
56 30	56 47 14	0 55 17		79 0	76 19	46	0 48 24
57 0	57 15 33	0 55 9		79 30	76 43	58	0 48 13
57 30	57 43 7	0 55 1		80 0	77 8	5	0 48 3
58 0	58 10 38	0 54 53		80 30	77 32	6	0 47 52
58 30	58 38 5	0 54 45		81 0	77 56	2	0 47 44
59 0	59 5 27	0 54 37		81 30	78 19	52	0 47 31
59 30	59 32 45	0 54 29		82 0	78 43	38	0 47 20
60 0	60 0 0	0 54 21		82 30	79 7	19	0 47 9
60 30	60 27 11	0 54 12		83 0	79 30	52	0 46 58
61 0	54 60 17	0 54 4		83 30	79 54	21	0 46 47
61 30	61 21 18	0 53 56		84 0	80 17	15	0 46 36
62 0	61 48 17	0 53 47		84 30	81 41	3	0 46 15
62 30	61 15 10	0 53 39		85 0	81 4	15	0 46 14
63 0	64 72 0	0 53 30		85 30	81 27	11	0 46 1
63 30	63 8 45	0 53 21		86 0	81 50	4	0 45 62
64 0	63 35 25	0 53 13		86 30	82 13	19	0 45 40
64 30	64 2 1	0 53 4		87 0	83 36	9	0 45 29
65 0	64 28 34	0 52 55		87 30	83 58	54	0 45 18
65 30	64 55 1	0 52 46		88 0	83 21	33	0 45 6
66 0	65 21 24	0 52 37		88 30	83 44	4	0 44 55
66 30	65 47 43	0 52 28		89 0	84 6	12	0 44 43
67 0	66 13 57	0 52 19		89 30	84 28	54	0 44 31
67 30	66 40 7	0 52 10		90 0	84 51	10	0 44 10

Arcū	Chordarum	trigeminū		Arcū	Chordarum	trigeminū	
par. M	par. M	2 ^a	M 2 ^a 3 ^a	par. M	par. M	2 ^a	M 2 ^a 3 ^a
90 30	85 13	20	○ 44 8	113 0	100 3	59	○ 34 34
91 0	85 35	24	○ 43 57	113 30	100 21	10	○ 34 20
91 30	85 57	23	○ 43 45	114 0	100 38	26	○ 34 6
92 0	85 19	15	○ 43 33	114 30	100 55	28	○ 33 52
92 30	85 41	2	○ 43 21	115 0	101 12	25	○ 33 39
93 0	87 2	42	○ 43 9	115 30	101 29	15	○ 33 25
93 30	87 24	17	○ 42 57	116 0	101 45	57	○ 33 11
94 0	87 45	45	○ 42 45	116 30	102 2	33	○ 32 57
94 30	88 7	7	○ 41 33	117 0	102 19	22	○ 32 43
95 0	88 23	24	○ 41 21	117 30	102 35	1	○ 32 29
95 30	88 49	34	○ 41 9	118 0	102 51	37	○ 31 15
96 0	89 10	39	○ 41 57	118 30	103 7	44	○ 32 0
96 30	89 31	57	○ 41 45	119 0	103 23	44	○ 31 46
97 0	89 52	27	○ 41 33	119 30	103 39	27	○ 32 31
97 30	90 15	15	○ 41 21	120 0	103 55	23	○ 31 18
98 0	90 35	55	○ 41 8	120 30	104 11	2	○ 31 4
98 30	90 54	29	○ 40 55	121 0	104 16	34	○ 30 49
99 0	91 14	56	○ 40 42	121 30	104 41	59	○ 30 35
99 30	91 35	17	○ 40 30	122 0	104 57	16	○ 30 21
100 0	91 55	32	○ 40 17	122 30	105 12	23	○ 30 7
100 30	92 15	40	○ 40 4	123 0	105 27	30	○ 29 52
101 0	92 35	42	○ 39 52	123 30	105 41	26	○ 29 37
101 30	92 55	38	○ 39 39	124 0	105 57	14	○ 29 23
102 0	93 15	27	○ 39 26	124 30	106 11	55	○ 29 8
102 30	93 35	11	○ 39 13	125 0	106 46	29	○ 28 54
103 0	93 54	47	○ 39 0	125 30	106 40	50	○ 28 39
103 30	94 14	17	○ 38 47	126 0	106 55	15	○ 28 24
104 0	94 33	41	○ 38 34	126 30	107 9	27	○ 28 10
104 30	94 52	58	○ 38 21	127 0	107 23	32	○ 27 56
105 0	95 12	9	○ 38 8	127 30	107 37	30	○ 27 40
105 30	95 31	13	○ 37 55	128 0	107 51	20	○ 27 26
106 0	95 50	11	○ 37 42	128 30	108 5	2	○ 27 10
106 30	96 9	2	○ 37 29	129 0	108 18	17	○ 26 56
107 0	96 27	47	○ 37 16	129 30	108 32	5	○ 26 41
107 30	96 46	24	○ 37 3	130 0	108 45	25	○ 26 26
108 0	97 4	56	○ 36 90	130 30	108 58	38	○ 26 11
108 30	97 23	20	○ 36 36	131 0	109 11	44	○ 25 56
109 0	97 41	18	○ 36 13	131 30	109 24	42	○ 25 41
109 30	97 59	49	○ 36 9	132 0	109 37	32	○ 25 26
110 0	98 17	54	○ 35 56	132 30	109 50	15	○ 25 11
110 30	98 35	52	○ 35 42	133 0	110 2	50	○ 24 56
111 0	98 53	43	○ 35 29	133 30	110 16	18	○ 24 41
111 30	99 11	27	○ 35 15	134 0	110 27	39	○ 24 26
112 0	99 29	5	○ 35 1	134 30	110 39	42	○ 24 10
112 30	99 46	35	○ 34 48	135 0	110 51	57	○ 23 55

ALMAGESTI


Arcū	Chordarum			trigeminum			Arcū	<chordarum			trigeminum		
	par.	M	par.	M	2 ⁴	par.	M	2 ⁴	3 ²	par.	M	2 ⁴	3 ²
135 30	111	3	54	0	23	40	158 0	117	47	43	0	11	51
136 0	111	15	44	0	23	25	159 30	117	53	39	0	11	35
136 30	111	27	20	0	23	9	159 0	117	59	17	0	11	19
137 0	111	39	1	0	22	54	160 30	118	5	7	0	11	3
137 30	111	50	28	0	22	39	160 0	118	10	37	0	10	47
138 0	112	1	47	0	22	24	161 30	118	16	1	0	10	31
138 30	112	12	56	0	22	8	161 0	118	21	16	0	10	14
139 0	112	24	3	0	21	53	162 30	118	26	23	0	9	53
139 30	112	35	0	0	21	57	162 0	118	31	22	0	9	42
140 0	112	45	48	0	21	22	163 30	118	36	13	0	9	25
140 30	112	56	29	0	21	7	163 0	118	40	55	0	9	9
141 0	113	7	2	0	20	51	164 30	118	45	30	0	8	61
141 30	113	17	25	0	20	36	164 0	118	49	46	0	8	37
142 0	113	27	44	0	20	10	165 30	118	54	15	0	8	10
142 30	113	37	54	0	20	4	165 0	118	59	25	0	8	4
143 0	113	47	56	0	19	49	166 30	119	1	26	0	7	48
143 30	113	57	50	0	19	33	166 0	119	6	20	0	7	31
144 0	114	7	37	0	19	17	167 30	119	10	6	0	7	15
144 30	114	17	15	0	19	2	167 0	119	17	44	0	6	59
145 0	114	26	40	0	18	46	168 30	119	20	34	0	6	26
145 30	114	36	9	0	18	39	168 0	119	23	47	0	6	10
146 0	114	45	24	0	18	14	169 30	119	26	52	0	5	51
146 30	114	54	31	0	17	59	169 0	119	29	49	0	5	37
147 0	115	3	30	0	17	43	170 30	119	32	37	0	5	10
147 30	115	12	22	0	17	17	170 0	119	35	17	0	5	4
148 0	115	21	0	0	17	11	171 30	119	37	49	0	4	43
148 30	115	29	41	0	16	55	171 0	119	40	11	0	4	31
149 0	115	38	9	0	16	40	172 30	119	42	28	0	4	14
149 30	115	46	29	0	16	24	172 0	119	45	35	0	3	58
150 0	115	54	40	0	16	8	173 30	119	46	35	0	3	58
150 30	116	2	44	0	15	52	173 0	119	47	35	0	3	42
151 0	116	10	40	0	15	36	173 30	119	48	26	0	3	26
151 30	116	18	28	0	15	20	174 30	119	50	8	0	3	9
152 0	116	26	3	0	15	9	174 0	119	51	43	0	2	51
152 30	116	33	40	0	14	48	175 0	119	53	10	0	2	36
153 0	116	41	4	0	14	32	175 30	119	54	27	0	2	20
153 30	116	48	20	0	14	16	176 0	119	55	38	0	2	3
154 0	116	55	28	0	14	0	176 30	119	56	39	0	1	47
154 30	117	2	28	0	13	44	177 0	119	57	32	0	1	30
155 0	117	9	20	0	13	26	177 30	119	58	38	0	1	14
155 30	117	16	4	0	13	12	178 0	119	58	55	0	0	57
156 0	117	23	40	0	12	56	178 30	119	59	24	0	0	41
156 30	117	29	8	0	12	40	179 0	119	59	44	0	0	25
157 0	117	35	28	0	12	24	179 30	119	59	56	0	0	9
157 30	117	41	40	0	12	7	180 0	120	0	0	0	0	0

De arcu qui est inter tropicos. Cap. II.
 Ie igitur qualitate linearum circuli exposita. Primo de monstrandum est, ut diximus, quantū obliquus circulus qui per medium signorum intelligitur, ab aquinoctiali declinat, id est quā circulus (qui per utroque dictorum circulorum Polos) maximus describitur, proportionē habet ad eum arcum qui est eius portio inter utroque interiacens. Cui aequalis spacio aquinoctiale punctum ab utroque solstitiū ali distare perspicuit est. Hoc autem nobis organice huiusmodi simplici fabricatione instrumentū comprehendetur. Circulum enim aereum magnitudine mediorē, exquisite tornatum & superficie quadratum faciemus (quo pro meridianō utemur). Sed prius ipsum in 360. maximū circuli supposito portiones diuidemus harumque singulas in quocunq; partes possibile sit. Deinde alerū subtiliorem circulum sic sub predicto coaptabimus, ut eorum latera in una superficie maneat, circunducimusq; sine impedimento minor circulus sub maiore ad septentrionē atq; meridiem in eadem superficie possit. Addemusq; in duabus quibusvis diametraliter oppositis in minori circulo portionibus in altero laterum aequalē parvasq; regulas, quæ tum ad seiphas tum ad circulum centrū exquidē declinent, apponemusq; in medio latitudinis ipsorum terminus singulas sive regulas quæ maioris diuisiōi circuli latus attingant. Quem tuū ad singulos usus coaptavimus, statuētisq; in sereno super mediorē substantiū in paucimēto equali ad horizontis planiciem substantiū basim obseruabimus, ut circulorum planicies ad horizontis quidem planiciem recta sit, ad meridiani aero & quidistans, quorum primum perpendiculari inuenitur à puncto futuro in uertice suspenso, obserua: oī donec ex directione suppositorum ad oppositū diametraliter punctum faciat declinationē. Alterum meridianā linea quæ sub planicie substantia-

cili est certo signo notata, circumclusis obliquum circunductis donec planities eorum equisflare linea perspiciat. Ita igitur posito ad septentrionem & meridiem solis accessum obseruabimus, interiorē circulum in meridiēbus transferentes quoūq; tota inferior regula à tota superiori fuerit in umbrata, quo facto extremitates linguaū nobis significabunt quot portionibus solis centrali in meridianō à uertice in dies distabunt. Sed illa etiam cōmodiore obseruatione uisi sumus. Laterem, pro circulis lapideum uel ligneum quadratum & inuolubilem in mediceti latitudine atque altitudine, ut firmius maneat fabricati sumus, qui alterū latus plenum exat ac extenū habet, in quo centrum ad unum angulorum coepimus, quartamq; circuli partem signauimus, coniunximusq; lineas omnes à centro ad descriptū arcum, que sub quarta circuli parte rectū angulum continent, ipsumq; arcū in 90. similiter gradus diuiniū. Post hec in una linea recta que ad horizontis planitiē recta futura erat, & si tum ad meridiem habitura duos rectos & aequales undiq; cylindros paruulos, similiterq; tornatos coaptavimus. Alterum in ipso centro & in ipso medio exquisitissime, alterum ad inferiorem linex terminum. Erigentesq; descriptum hoc latus laterculi iuxta meridianam lineam in subiecta planitiē ita protractū, ut ipsam quoq; ad planitiam meridiani à quidistantem habeat situū & perpendiculari per cylindrulos indeclinatam rectamq; per ipsos ad horizontēs planitē lineam diligenter cōprehendentes. Suppositis quibusdā subtilibus, quibus directio ut oportet fieri faciam à cylindru lo qui ad centrum est. Vmbram in meridiēbus similiter obseruabamus, nonnihil ad descriptam circūferentiam ut certius locus ipsius teneretur apponentes. Huius umbræ medio signato portionē arcus in ipsa circuli parte coepimus, que portio solis progressum secundum latitudinem in meridianō significavit, his obseruationibus ac maxime illis quas in mul-

in multis annis in ipsis solstitialibus diebus examinavimus. Cū designatio semper à puncto uerticis intercipiat et quales, eas deniq; meridiani circuli partes tam in hemisphaerio quam in astri solstitiali comprehendimus arcum, qui est à boreali extremitate ad australē, similiter ultimum inter tropicos graduum semper esse 47°, & portionis maioris quidem duabus tertis. Minoris uero quam medierat simul & quarta, unde eadem ferme portio nobis collecta est ei quam Eratosthenes reperit, quaq; Hipparchus etiam usus est. Nam circumferentia qui inter solstitialia puncta est in proximis talium portionum sit qualis est inter meridianus. 85.

In instrumento Monteregensis




¶ Ab hac proportioni obseruatione habitationum quoq; declinationes in quibuscunq; obseruationes fiant facile inueniuntur. Si ceperimus tū punctū quod inter duos terminos in ipso aquinoctiali necessarii sūt, tū arcū qui inter hoc & punctū uerticis est, cui arcus equalis scilicet est ille quo poli distat ab horizonte.

Theorematis que ad spheras demonstrationes præmittantur. Et ipsa figura secessit spherica. Cap. XII.


Vnc cum sequatur ut partculares magnitudines eorum arcum demonstremus (qui inter aquinoctialem & circu-

culum, qui per medium signorum est, interiacent) circulorū illorum, qui maximi per polos & aquinoctialis designantur, pauca breueriter, utiliāq; theorematā præponemus, quibus plurimas penè demonstrationes eorum, quae sphericæ considerantur, quam simplicissime atq; artificiosissime faciemus. ¶ Protrahamus ergo duas lineas A B & A G. Duæq; linea B E & G D protractæ altera alteram in puncto F secant. Dico quod G A linea ad A B lineam proportionē cōponitur ex proportionibus G D ad D B & F B ad B E. Protrahatur enim à punto E linea B I & equidistantis linea G D. Cum ergo equidistantes G D & E I linea sint, proportionē G A linea ad B A lineam, eadem est proportionē G D ad E I. Definem autem F D. Proportioigitur G D ad E I lineam composita est ex proportione G D ad D F & D F ad E I. Quare proportionē etiam linea G A ad A B composita est ex proportionibus linearum G D ad D F & D F ad E I. Est autem etiam proportionē linea D F ad E I eadem proportionē F B ad B E cū equi distantes rursus sint B I & F D linea. Proportio ergo G A linea ad A B composita est ex proportionibus linearum G D ad D F & F B ad B E quod erat demonstrandum.




¶ Eodem modo demonstrabitur. Quia etiam diuidend proportionē G E linea ad B A lineam cōponitur ex proportionibus G F ad F D & D B ad B A ducta à punto A equidistantē ad lineam E B produc-

productioq; ad ipsam linea G D I. Rursum enim quoniam A I & E F equidistantes sunt, erit sicut G E ad B A, sic G F ad I, sed F D assumpta deforis erit G F linea proportionis ad F I, composita ex proportionibus linearum G F ad F D & D F ad F I. Est autem proportio D F ad F I eadem proportioni D B ad B A, quoniam in A I & F B equidistantes linas B A & F I lineas incidentur. Quare proportio lineas G F ad F I ex proportionibus linearum G F ad D F & D B ad B A confuncta est. Sed proportioni G F lineas ad F I eadem est proportioni linea G E ad B A, erit ergo proportio linea G E ad B A, composita ex proportionibus linearum G F ad F D & D B ad B A quod erat demonstrandum.




Sit rursum circulus A B G cuius centrum D & accipientur quevis tria puncta in circuferentia eius, sintque ipsa A B G, ita tamen ut utriusq; arcus A B & B G minor semicirculo sit. Quod in accipiens eius deinceps arcibus similiiter erit intelligendum, protrahanturq; A G & D E B lineas, dico qd sicut se habet quae dupla arcus A B subtendit ad ea q; subtendit duplum arcus A B G, sic se habet A E linea ad E G lineam. Deducantur enim A F & G i perpendiculares a punctis A & G ad D B lineam. Quoniam ergo A F & G i equidistantes sunt, & in ipsis A E G linea incidit, sicut est A F ad G i eadem est proportionis linea quae est sub arcu duplo A B partis circum-

ferentiae, ad eam quae est sub dupla A G. Dimidiat enim est utraq; utriuscip, quare proportio etiā A E linea ad E G eadem est proportioni eius quae est sub duplo ipsius arcus A B ad eandē quae est sub duplo A G quod erat demonstrandum.




Hinc sequitur si A G, totus arcus & proportio chordae quae est sub duplo ipsius A B ad eam quae est sub duplo arcus B G dabuntur, uterq; arcus etiam A B & B G dabitur. Eadem enim descriptio ne proposita, contingat A D & à puncto D perpendicularis D F ad A E glacie nam deducatur, quod ergo A B G arcu dato angulus etiam A D F quo medietas eius subtenditur, & ipse totus triangulus A D F datus erit, & perspicuum est, quoniam A G tota linea data, suppositu est proportionē A E ad B G eadem esse A E data & reliqua F E similliter, qua propter data etiam D F angulus quoq; B D F orthogoni trianguli E D F dabitur totus etiam angulus A D B similiter, quare A B quoque arcus dabitur, & reliquus B G similiiter.




Sit rursum circulus A B G super centrū C accipie-

D accipianturque in circunferentia eius puncta tria quae sunt A B G ita ut uterque arcus A B & A G minor sit semicirculo, quod similiter & de arcibus deinceps accipitatis intelligendis est, posita D A & G B ducte protractam quousque coincidant in puncto E. Dico quia sicut se habet chorda que subtendit duplum arcus G A ad eam que est sub duplo arcus A B. Sic se habet linea G E ad eam B. Nam si ut in precedentibus à punctis B & G perpendiculares E F & G I ad lineam D A deduxerimus quia equidistantes sunt, erit sicuti G I ad B F sic GE ad eam B. Quare sicut se habet que est sub duplo arcus G A ad eam que duplum A B arcus subtendit, sic se habet E G ad G E.



Hinc etiam sequitur quia si solus GB arcus dabitur, & proportio chordae que duplum arcus G A subtendit ad eam que subtendit duplum arcus A B, data fuerit, dabitur etiam A B arcus. ¶ In simili enim descriptione si D B coniungatur & D F perpendiculariter ad G B lineam deducatur, erit B D F angulus quo medietas B G arcus subtendit datus. Quare totus quoque triangulus orthogonius B D F. Et quoniam proportio etiam lineae GE ad eam B data est, & insuper G B linea, dabitur etiam E B & tota insuper E B F quare etiam D F etiam data sit, dabuntur similiter tam angulus E D F etiusmodi orthogonij, quia reliquus angulus E D B quare arcus etiam A B datus erit. His premissis describantur in sphærica superficie maximorum arcus circulorum, ita ut in duos A B & G A duo inscripti B E & G D se ipsos in puncto I secant sicuti ipsorum uterque semicirculo minor, quod de omnibus descripti onibus intelligendum est. Dico quia proportio chordae dupli arcus G E ad

chordam dupli arcus E A composta est ex aportione chordae dupliciti arcus G F ad chordam duplicitis F D & chorda dupli D B ad chordam dupliciti B A. Capitur enim sphærica centrum & sit I ducatur ab ipso centro i ad B F E circulorum sectionis I B & I F & I E lineas. Linea quoque A D coniuncta protracta concurrit in puncto T. Similiter D G & AG productae lineas i F & I E secant in puncto C & in puncto L. In una ergo recta linea sunt tria hec puncta T C L. In duas enim A G D trianguli & B F E circuli simili sunt superficiebus. Hece ergo productae linea facit ut T L & G D lineae protractae inter duas T A & G A secant se ipsas in puncto C, quare proportio G L recte lineae ad L A composta est ex proportionibus linearum G C ad C D & D T ad T A. Sed sicut se habet G L ad L A sicut se habet chorda dupliciti arcus G E ad chordam dupliciti B A & sicut G C ad C D sic chorda duplicitis arcus G F ad chordam dupliciti F D & sicut D T ad T A sic chorda dupli B B ad chordam dupliciti B A. Quas ob res proportio etiam chordae dupliciti arcus G E ad chordam dupliciti A B composta est ex proportionibus chordarum dupliciti arcus G F ad dupliciti F D & dupliciti B D ad dupliciti B A per eandem. ¶ Et sicut in plana rectangulis descriptione linearum demonstratur, quia etiam proportio chordae dupliciti arcus G A ad chordam dupliciti A e composta est ex proportionibus chordae dupliciti arcus G D ad chordam dupliciti D F & chordam dupliciti F B ad chordam dupliciti B E quae demonstranda erant.




De ar

De arcibus qui sunt inter equinoctiales atque obliquum circulum. Cap. XIII.

Oc theoremate præmisso primam præpositorū arcuum demonstrationē sic faciemus. Sit per utrosq; polos æquinoctialis circuli & eius q; per medium signorum est, circulus A B G D E F N O C I T U S círculi medietas sit semicirculus A E G, eius uero qui est per mediū signorum semicirculus sit B E D. Sit autē punctum E uernalis æquinoctij sectio ut a quidem hyemale tropicum fiat D ait australē, & capiatur polus æquinoctialis A E G in arcu A B G si p̄ se in p̄to E. Et decidatur E i arcus eius circuli qui per medium signorum est, supponatur círtaūm esse 30. partium qualium maximus circulus est 360. describatur p̄p; per F i maximi circuli arcus F i T, sicut propositū nostrum i T arcum inuenire. Sed illud uniuersaliter, ne in singulis repeatas, hic dictū sit qd; quod docimus arcum aut chordarū quantitates dicimus, & gradus aut partes numero cōpleteūt. In arcibus quidem tales intelligimus gradus quales maxi mi circumferentia circuli habet 360. In chordis uero tales partes quales circuli diameter habet 120. Quoniam ergo in maximorū descriptiōe círculorū in duos A P & A E arcus, duo descripti sunt F i & E B in p̄nto i seipso secantes proportionē chordarū dupli arcus F i ad chordarū dupli arcus A B, composta est ex proportionib; chordarū dupli arcus F i ad dupli arcus T i & dupli arcus i E ad dupli arcus E B. q; Sed dupli F i partis circumferentia arcus graduū est 180, & chorda ei subtenſa partium est 120. Arcus uero A B partis circumferentia duplis secundum proportionē 11. ad 83, in qua conuenimus, graduū est 47. 42. 40. Chordauero ei subtenſa 48. 31. 54. q; Et rursus dupli arcus E i partis circumferentia graduū est 60, & chorda eius 60. Arcus uero E B partis circumferentia duplis

180, & chorda eius 120, relinquetur pro portio chordarū dupli arcus F i T quā est proportio 120. ad 24. 15. 57, sed arcus F i partis circumferentia duplus graduū est 180, & chorda eius 120. Ergo chorda etiam dupli arcus T i partium est 24. 15. 57. Quare duplus arcus T i partis circumferentia graduū est 23. 19. 59. Ipse uero arcus T i 11. 40, graduū proxime. Sed supponat rursum i E arcus graduū esse 60. Sic igitur extensis non mutatis duplos i E partis circumferentie arcus graduū erit 120, & chorda eius partium 103. 55. 23. q; Si ergo rursum à proportionē 120. ad 48. 31. 54. auferamus proportionē 103. 55. 23. ad 120, relinquetur proportio chordarū dupli arcus F i T ad chordarū dupli arcus T i qd; est proportio 120. ad 42. 1. 48. & est chorda dupli arcus F i T partium 120, quare chorda dupli arcus T i partium erit 42. 1. 48. duplis ergo i T partis circumferentia arcus graduū est 41. 0. 18. ipse uero arcus i T 20. 30. 9. quā nobis erant demonstranda.



¶ Ho modo in particularibus quoq; arcibus quantitates cōputando, quātū partis, id est, 90, graduū tabulam faciemus, quā arcuum (partibus circumferentiarum demonstratis) similiū quantitates continebit, & est hāc.

C 2 Tabula

Table solaris obliquationis, seu declinationis ☽


∅ per media partes	Circumferentia			∅ per media partes	Circumferentia			
	Meridiani				Meridiani			
	G	M	z ²		G	M	z ²	
1	0	24	16		46	16	54	47
2	0	48	31		47	17	12	16
3	1	12	46		48	17	29	27
4	1	37	0		49	17	46	20
5	2	1	12		50	18	2	57
6	2	25	22		51	18	19	15
7	2	49	30		52	18	35	5
8	3	13	35		53	18	50	41
9	3	37	37		54	19	5	57
10	4	1	38		55	19	20	56
11	4	25	32		56	19	35	28
12	4	49	24		57	19	49	42
13	5	13	11		58	20	3	31
14	5	30	53		59	20	17	4
15	6	0	31		60	20	30	9
16	6	24	1		61	20	43	58
17	6	47	16		62	20	55	14
18	7	10	45		63	21	7	21
19	7	33	57		64	21	18	53
20	7	57	3		65	21	30	11
21	8	20	0		66	21	41	0
22	8	41	50		67	21	51	25
23	9	5	32		68	22	1	25
24	9	28	5		69	22	11	11
25	9	50	29		70	22	20	11
26	10	12	46		71	22	28	57
27	10	34	57		72	22	37	17
28	10	56	44		73	22	45	11
29	11	18	25		74	22	51	59
30	11	39	55		75	22	59	41
31	12	1	20		76	22	6	17
32	12	21	30		77	22	11	27
33	12	43	18		78	23	18	11
34	13	4	14		79	23	23	28
35	13	24	47		80	23	28	16
36	13	45	6		81	23	32	30
37	14	5	11		82	23	36	35
38	14	25	2		83	23	40	2
39	14	44	39		84	23	43	2
40	15	4	4		85	23	45	34
41	15	23	10		86	23	47	39
42	16	41	2		87	23	49	16
43	16	0	38		88	23	50	25
44	16	18	58		89	23	51	6
45	16	37	20		90	23	51	20

De

De ascensionibus in recta sphera.

Equitur ut una cum istis, de monstremus arcuum equinoctialis circuli quantitates factas à descriptis per polos eius circulis & à datis obliquis circuli partibus. Sic enim habebimus in quoꝝ xquinocitialibus temporibus eius circuli gradus qui per medium signorum & meridianū ubiqꝫ & recte sphæræ horizontem pertransibunt. Ideo quia etiam ipse tunis solum modo per polos xquinocitialis describitur. Præsumatur igitur descriptio datoꝝ prurius obliqui circuli arcuꝝ I E tringita gradu um prius prepositum sit E T arcuꝝ equinoctialis inuenire. Similiter ergo, ut in superioribus proportio chordæ dupli arcus F B ad chordam dupli arcus B A cōposita est ex proportionibus chordarum dupli arcus F I ad dupli arcus I T & dupli arcus T E ad dupli arcus E A. Sed arcus B B partis circumferentie dupli gradum est 132. 17. 20. Et chorda eius partium 109. 44. 53. Duplex uero arcus B A 47. 42. 40. & chorda eius 48. 31. 55. Et rursus duplex F I partis circumferentie arcus graduum est 156. 40. 2. & chorda eius partium 117. 31. 15. Duplex uero arcus I T partis circumferentie 23. 19. 59. & chorda eius 24. 15. 57. Si ergo à proportione 109. 44. 53. ad 48. 31. 55. auferamus proportionem 117. 31. 15. ad 24. 15. 57. remanet nobis proportio chordæ dupli arcus T E ad chordam dupli arcus E A quæ est proportio 54. 52. 26. ad 117. 31. 15. eadem proportio est etiam 46. 1. 25. ad 120. & est arcus quidē E A partis circumferentie duplex gradum 180. chorda uero eius partium 120. Quare chorda etiam dupli arcus E T 56. 1. 25. partium est. Erit igitur duplex E T partis circumferentie arcus 55. 40. gradū proxime, ipse uero E T 27. 50. Supponatur rursus E arcus gradus 60. Sic igitur (ex teris non mutatis) duplex F I partis circumferentie arcus gradus erit 138. 59. 42. Et subtensio ei chorda partium 112. 15. 56. Duplex autem I T partis circumferentie gradum 41. 0. 18. &

chorda eius 42. 1. 48. partium ¶ Si ergo à proportione 109. 44. 53. ad 48. 31. 55. auferamus proportionem 112. 15. 56. ad 42. 1. 48. relinquetur proportio chordæ dupli arcus T E ad chordam dupli arcus T A quæ est proportio 95. 2. 40. ad 112. 15. 56. Sed eadem proportio est 101. 28. 20. ad 120. & si chorda dupli arcus E A partium 120. Quare chorda etiam dupli arcus T E partium erit 101. 28. proxime. Erit igitur duplex E T partis circumferentie arcus gradum 115. 20. ipse uero T E 57. 44. earundem.



¶ Demōstratum est igitur quia prima duodecima pars circuli qui per medium signorum describitur, ab xquinocitiali puncto accepta pertransiens & quinocitialis circuli gradibus 27. 50. secundum positum modum xquabitur, secunda gradibus 29. 54. nam utraque simul graduum demonstrata sunt. 57. 44. ¶ Tertia uero duodecima pars quoniam tota obliqui circuli pars quartata toti xquinocitialis quarti sicut ad circulos q̄ per polos xquinocitialis describuntur aequaliter compertransit, residuus ad quartam partem gradibus 12. 19. aequaliter compertransibit. ¶ Eodem modo expositam demonstrationem prosequentes singulis etiam 10 gradibus obliqui circuli cōtransentes equinoctialis gradus cōputauimus. His enim minores nulla quantitate (que digna cura sit) difficiunt ab excessibus, qui

equaliter adduntur. Has decades exponemus, ut in quot temporibus utramque ipsarum & meridianum, ut diximus ubique & recte spherae horizonem pertranseat paratum habemamus in istumque à decima parte (que ab equinoctiali puncto incipit) faciemus.

¶ Prima igitur continet tempora 9. 10.
Secunda 9. 15. Tertia 9. 25. Ita primæ duodecimæ partes 27. 50. tempora colliguntur. ¶ Quarta temporū est 9. 40.
¶ Quinta 9. 58. ¶ Sexta 10. 16. ¶ Ita secundæ quoque duodecimæ tempora colliguntur 29. 44. ¶ Septima tempora continet 10. 34. ¶ Octaua 10. 47.
¶ Nona 10. 55. Ut rursus tertie duodecimæ partis que ad tropica signa exit, 32. 16. Totius vero quartæ partis 90. continenter tempora colliguntur.
¶ Etautem per se manifestum, quia re

liquarum quoque quartarum ordo iverit, penitus est, nam quoniam sphera recta, id est equinoctialis sine declinatione ad horizontem supponitur, penitus omnibus accidentit.

	GAR.			
	G	M	Y	V
Y	27	50		
V	29	54		
II	32	16		
	90	0		
LV.				
	Y	V	II	GAV.
G	G	M	G	M
10	9	10	9	40
20	9	15	9	58
30	9	25	10	16
	27	50	29	54
	29	54	32	16
			90	0
in sphera recta Ascensiones				

MAGNAE COMPO²⁷ SITIONIS CL. PTOLEMÆI PHELVDIEN

sis Alexandrini Liber secundus

De uniuersali orbis terrarum situ qui à nobis habitarat.

Cap. I.


Voniam iam in primo huius constitutionis libro ea persinximus, quæ summatis de habeundine totius debent præmitti, & quæ quâuis ad rectâ sphæram pertinente, non inutilia tam ad propositâ nobis speculationem quispiâ arbitrabitur. Conabimur deinceps accidēta quoq; obliquæ sphærae quæ principaliora sunt, quâm factilime turlus fieri potest docere. ¶ Hic etiam illud uniuersaliter præmitti oportet, quod quâ terra in quatuor partes dividat quæ sunt à circulo æquinoctiali, & altero eorū qui per polos ipsius equalitatis describuntur, magnitudo eis quâ nos habitamus ab altera boreali proxime continet, id inde maxime manifestū sit, quoniam in altitudine quidē, id est, in transitu à meridie in septentrionem ubiq; in æquinoctiis meridiales Gnomonū umbras ad septentrionem semper & nuncq; ad meridiem tendunt. In longitudine vero, hoc est, in transitu ab horizonte ad Occidens eadē eclypses & maxime lunares eodem conspecte tempore tam ab illis qui extrebas orientales non sunt habitabilis partes incolunt, quâm ab alijs qui occidentales ultimas habitant non plures q; duodecim æquinoctialiibus horis prius posteriusq; fieri cernuntur, cù ipsa quarta pars terræ duodecim horarū ipsius contineat. Quod ab uno æquinoctiali semicirculorum determinatur. Eorū vero quæ particularius inspicienda sunt, illa maxime ad præpositū negotiorum quipiam pertinere putabit, quæ per singulos borealiores æquinoctiali circulo parallelos ipsi æquinoctiali & subiectis habitationibus secundum principaliores accidēt proprietates, ea sunt quâuis primi motus Poli ab horizonte distent, vel quâuis punctū uerticis ab æquinoctiali per meridianū circuiti discent, et quoniam sol in vertice quibus-

dam fiat quâdo & quoties id accedit, & quæ tropicarū & æquinoctialiū in meridiabus umbrarū proportiones ad Gnomonū sunt, quantus etiā maximorū minimorumq; dierum umbra æquinoctialiis dies excessus, & quecumq; alia particularis in incremento dierū ac noctium decrementoq; considerantur, & ad hęc quæ de coortibus & occasibus æquinoctialiis atque obliqui circuli, & quæ de proprietatibus & magnitudinibus angulariorum, quia à principalioribus maximisq; circulis sunt, accidēta aspiciantur. ¶ *Quomodo maxime dies data magnitudo, dannata*

horizontis arcus, qui ab æquinoctiali et oblique circulo intercipuntur.

Cap. II.

Ropona igitur uniuersalis ter (gratia exēpli) Parallelus æquinoctiali circulus q; Rho dū descriptus, ubi elevatio poli graduum est 36. Et dies maximus æquinoctialium horarū 14. M. 30. Et sit meridianus quidē circulus A B C D. Horizontis aut orientalis medietas B E D, æquinoctialis etiā similiter medietas A E G cuius australis polus sit R. Et supponas brumale tropicū circuli (q; per medium signorū est punctū oriri per i defteri bā maximū circuli pars F T, sed primū data sit maxima diei magnitudo, sicut propositū B in horizontis arcū inuenire. ¶ Quoniam igitur circūductio sphæra in dolis æquinoctiali, efficit, pater quia in eō dē tēpore i T et punctū erit in A B G D meridiano, & tēpus quod est ab ortu i plūcti quoq; ad medium coeli super terram perueniat, illud est q; ex T A parte circūferētq; æquinoctiali, continet. Tēpus autem quod à subterraneo angulo usq; ad ortū est illud quod ex G T continetur. Quare sequit ut diei tēpus duplū sit eius quod abs T A. Nōcūs vero duplū eius quod abs G T continetur. Nā et seorsum parallelorū, id est, equidistantium æquinoctiali circulorū portiones omnium, quæ fugiunt & quæ sub terra sunt

C. 4 æqualiter

æqualiter à meridianō diuidūt. Idecirco & arcus B T quū sit minimi aut maximi dicī ad equinoctialē differentię medietas, hora unius quartę pars in hoc parallelo. Temporū uero 19.45. Et res̄ dūa igitur ad quartā circuli partem eorum 71.15. Quoniam igitur per ea quæ prius demonstrata sunt, in duos maximorum circulorū arcus A E & A F duo inscripti sunt B & F T, in puncto seipso secantes, proportione chordę duplī arcus T A ad chordam dupli arcus A E composita est ex proportionibus chordarum dupli arcus T F ad dupli arcus F I, & dupli arcus I B ad dupli B E. Sed duplus T A partiis circumferentie arcus 142.50. grad. est, & chorda subiecta partii 113.37.54.8 & vero partiis circumferentie duplus graduū 180, & chorda sua partium 120.

Gauric.


¶ Supponit bī à Ptolemeo, quod si aliqua proportione componatur ex alijs dubiis, eius etiam consensu componeatur ex conuersis illarum.

¶ Extrusum duplus T F partiis circumferentie arcus, grad. est 180, & chorda sua partii 120. F i autē partiis circumferentie duplus grad. est 132.17.20, & chorda eius partii 109.44.53. ¶ Si ergo à proportione 113.37.54.8 ad 120, auferamus proportionē 120 ad 109.44.53 reliquen̄ nobis p̄portionē chordę dupli arcus I B ad chordam dupli B E h̄c est 103.55.26. ad 120. Est autē chorda dupli arcus B E quoniam quarta circuli pars est, partii 120. Quare chorda etiam dupli arcus I B erit etiam partim 103.55.26. Quare duplus etiam arcus B I partiis circumferentie 120. gra-


dūm proxime erit, ipse uero 31 earum dem 60. Relinquitur ergo reliqua etiā E I alium 30, qualium est horizon 360. quod erat demonstrandum.

Quonodo (eisdem ipsiis suppositis) elevatio poli detur. Cap. III.

□ Oc igitur dato propositum sit ut poli elevatio, id est, B F meridiani arcū inueniatur. In eadem igitur defensione proportio chordę dupli arcus B T ad chordam dupli T A composita ex proportionibus chordarū dupli arcus E I ad dupli arcus I B & duplis F ad dupli F A. Sed duplus E F partiis circumferentie arcus graduū 37. M. 30. est, & chorda eius subiecta partii 38.34.22. ¶ Duplus uero T A grad. est 142.50. Et chorda eius partii 113.37.54. Duplus uero B I arcus est 60. partii, & chorda eius 60. partes. Sed duplius 12 grad. 120, et chorda eius partii 103.55.23. ¶ Si ergo à proportione 38.34.22. ad 113.37.54. auferamus proportionem 60. ad 103.55.23. relinqueretur proportio chordae dupli arcus B F ad chordā dupli arcus F A. Ea uero est 70.33. proxime ad 70. ¶ Eius rursum chorda dupli arcus F A partium 120. Quare chorda dupli B F 70.31. corundem est. Ita ipsi arcus B F circumferentie duplus 72. graduum M. 1. erit. Ipse uero B F corundem proxime 36. ¶ Sed in eadē rursum descriptione sit F B poli elevatio data graduum 36. propositumq; sit inuenire maxime aut minime dicī ad equinoctiale differentię, hoc est duplum E T circumferentie arcū, est de igit rationibus sit ut proportio chordae dupli arcus F B ad chordam dupli B A composita sit ex proportionibus chordarū dupli arcus F I ad dupli arcus I T, et dupli arcus T E ad dupli arcus E A. Sed duplus F B partiis circumferentie arcus graduum est 72. & chorda eius partium 70.32.3. ¶ Duplus uero B A graduum est 108. & chorda eius partium 97.4.56. Et rursum duplex F I graduum est 132.17.20, & chorda eius partii 109.44.53. ¶ Duplus autem I T graduum 47.42.40. & chorda eius partii 49.31.55. ¶ Si ergo à proportione




tione 70. 32. 3. ad 97. 4. 56. auferamus proportionem 109. 44. 53. ad 48. 31. 55. reliquæ nobis proportio chordæ dupli arcus E T ad chordâ dupli arcus E A quæ est 31. 11. 33. ad 97. 4. 56. Et quoniam eadem proxime proportio est 38. 24. ad 120. Chordâ uero dupli arcus E A partium est 120. Colligitur etiam chordâ dupli arcus E T corundem esse 38. 34. quare duplus etiâ arcus E T partis circumferentia gradus erit 37. 30. proxime horarum autem equinoctialis diuina cum media, quod erat demonstrandum.



Eisdem rationibus et quoq; horizonis arcus dabitur. Proportio enim: chordæ dupli arcus F A ad chordâ dupli A B composita ex proportionibus chordarum dupli arcus F T ad dupli arcus T I que data est, & dupli arcus E I ad dupli E B, quare cum E B data sit, relinquatur, ut magnitudo etiam E I habeatur. Perspicuum autem est quasi nō brumale tropicū punctū i esse supponemus. Sed quendam alium eius circuli gradū, qui per medium signorum describitur. Eisdem rationibus tam E T quam B I arcus dabitur. Nam enim nobis per obliquationis tabulā expoliti sunt arcus meridiani, qui à singulis eius circuli gradibus (qui per medium signorum est) & æquinoctiali circulo intercipiuntur non sunt similes arcui i T. Hic etiâ sequitur ut partes signiferi quæ ab eisdem æquinoctiis distibutis sint, hoc est, quæ æqualiter à tropico pucto distant, easdem sectiones horizontis, & easdem partes æquinoctialis faciunt, & dierū noctiumq; similiū

magnitudindis alteras alteris æquales. Sed cum istis unâ etiam demonstratur, quod partes quæ ab equalibus parallelis fiunt, hoc est, quæ ab eodem equinoctiali puncto æqualiter distant æquales, ex utraque æquinoctiali parte faciunt arcus & dierū ac noctium permutatim æquales dissimilū magnitudines.

Nam si in eadem descriptione supponerimus & quoq; punctum ubi B E D. Semicirculus horizontis ab equali equi distantipili qui per i descriptus est seatur, et compleuerimus i L & C M equi distantium, partes permutatim æqualesq; factas & per c polumq; borealem X C N quartam circuli descripserimus erit arcus T A æqualis arcui X G quoq; niam L I & M C, alter alteri similis est. Relinqueretur autem ut & reliqua E T reliqua E X sit æqualis, sicut etiâ duorum similiū trilaterorū E I T & E C X duo latera duobus lateribus æqualia E T quidem ipsi E X, sed i T ipsi C X. Est etiam uterque angulorū (qui in T & X sunt) rectus, quare basis etiâ E I basi C E erit æqualis.



Quomodo inueniendū, quibus & quando & quæties O in vertice sit. Cap. IIII.

curio, simul cum epicyclis ad eandem latitu-
dinem traducantur. In Venere quidem
ad septentrionem semper. In Mercurio

autem ad meridiem, epicyclorum utro-
diametri que per apparentes maximas
longitudines sunt in excentrici superfi-
cie in aliquo principio confitetur tradu-
cuntur a parvulis circulis qui minimis
rum longitudinum terminis, ut sic dicā,
apponuntur. ¶ Mediocres ad tantum
latitudinis translatum. Et recti ad excen-
tricorum superficies in quibus cetera eorum
sunt. Revoluuntur autem a qualiter con-
sequentesq; ad motus longitudinis ab
altero principio eorum que sunt in se-
ctiōnibus superficiē suarum & epicy-
clorum ad septentrionem expositione du-
cunturq; secū superficies epicyclorum in
versione quidem que in prima quarta sit
ad borealissimum terminum. In ea vero
que in secunda ad excentrici rursum super-
ficie. In ea que in tercia ad australissimum
terminum. In ea que in ultima (que resti-
tutionis est) ad primā principiū superfi-
ciem. Huius autem motus initius atque resti-
tutio in Saturno quidem & Ioue et Marte
a sectione que in nodo ascendentē fit
constitutur. In Venere a minima excentri-
ci longitudine. In Mercurio autem a maxi-
ma similiter. Diametri vero que rectos
angulos ad predictas faciunt, in tribus
quidem superioribus aequaliter ad su-
perficiē circuli per medium semper (ut dixi
mus) sunt, aut tātum oblique ad ipsum
ut nullius ea obliquatio curse digna sit.
In Mercurio autem atque Venere ipsi quoque
in principio quodam in superficie circuli
per medium constitutę traducuntur a parau-
lis circulis sequentibus (ut ita dicā) termini
nis ipsorum appositis, hi mediocres rur-
sum sunt ad tantum latitudinis motum
& recti ad superficiē circuli ad medium,
centrāq; sua in diametris habēti aequali-
stantios à superficie circuli per medium.
Voluntur autem aequaliter cum alijs ab
altero principio eorum que sunt in sectio-
nibus superiorebus suarum & epicy-
clorum ad septentrionē per suppositio-
nem rursum ducunturq; secū uel pertinos
expositarū diametrorum terminos eodem
modo, ut dictum est. In istis eiā motus
principiū atque restitutio. In Venere qui-
dē a nodo addētis semicirculi constitutis.
In Mercurio

In Mercurio autem ab auferentis, illud
præterea de paruulis his circulis à qui-
bus epicycli transferuntur dicendū est,
quod æqualiter etiā ipsi à superficieb,
ad quas declinationib[us] traductiones fieri
ni afferimus diuiduntur. Sic enim solūmo
do motus suos secundum latitudinem
æquales in utræ fieri parte accidit. Re-
volutions autem suas ad motū æqua-
lem non circa suum, sed circa aliud fa-
ciunt centrum, quod possit facere ean-
dem ad paruulū circulum excentricita-
tem quā habet motus longitudinis stel-
la ad circulum qui per mediū signorū
est, nam cum restituções tam in zodia-
co quam in paruo circulo æqualis tēpo-
ris supponantur, & ad hæc motus qui
fiunt in utræ parte quarta alter alteri
secundū apparentia coaperentur si circu-
li paruuli circumductio ad centrum fie-
ret suum, nullo modo posset propositi
euenire, cum motus paruorum circulo-
rum æquali in tēpore singulas pertran-
seant quartas, motus vero epicycli qui
ad zodiacum cōsiderantur nequaquam.
Idq[ue] propter excentricitatem, que in iun-
guis supponitur. Sin vero circa centrū
similes cum cōtro excentrici positiones
fiat, etiam restituções declinationum
æquali in tempore pertransibūt. Nemo
autem multiplex atq[ue] arduū nostrarum
excogitationib[us] instrumentorumq[ue] con-
siderans, difficiles huiusmodi supposi-
tiones arbitratur. Nec enim decet cor-
ponibus diuinis humana conferre, nec
rationes rerum ita magnarū à diffimili-
mis exemplis petere, quid enim diffimi-
lis rebus perpetuis eodemq[ue] le modo
semper habentibus quām ea qua nun-
quam eodem modo se habent? aut quid
diffimilis his, que à quaquis causa im-
pediuntur q[uod] illa que nec à se ipsis quidē
impediuntur. Sed nisi quidē quām ma-
xime simpliciores motibus coelestium
suppositiones accommodare, & si hoc
non procedit, eas que possibles sint,
nam li apparentium singula cōsequen-
ti suppositionib[us] ordine ad unguem fer-
uantur, cur mirum uidebitur posse hu-
iusmodi varietatē coelestium motibus

accideret p[ro]fertim cum nulla ibi prohibi-
bituia natura sit, sed tota commoda ad
cedēdum naturalibus singularium mo-
tibus etiam si contrarij esse uideantur,
ut omnia per omnia illa simplicita cor-
pora late liquideq[ue] fusa & peritrālire &
& perfici possint, nec solū in circulis
id recte procedat. Verū etiā in ipsis glo-
bis atq[ue] axibus circōductionum, quorū
etiam uarietatē alternationemq[ue] quam
in diuersitate motū habet sic arduam
atq[ue] difficultem in cōstrūtis à nobis ima-
ginib[us] uideamus, ut motus sine prohibi-
bitione in his fieri non possint. In code-
stib[us] autem hæc uarietas ac alteratio à
seipso non impedit. Oportet igitur sim-
plicitatem ipsam coelestium non ab his
que simplicita esse apud nos uideatur ita
dicere. Cū nihil apud nos inueniatur,
q[uod] similiter simplicitatem habere omnibus
hominibus uideatur. Nam qui ita
considerat, is nihil in celo simplex esse
putabit, nec ipsam quidē primi motus
stabilem simplicitatem natura, nam cum
ea quoque eodem semper modo se ha-
beat, non modo difficile est, sed omni-
no impossibile imaginē eius apud nos
inueniri. Non igitur hinc sed à natura
ipsorum coelestium incommutabilitateq[ue]
motū id iudicādum. Sic enim omnes
illi motus simplices uidebūt, & quidē
multo magis quām que apud nos
simplicissima esse iudicātur, cum nihil
difficultatis nihilq[ue] laboris in mouib[us]
illorum possit excogitari.

De singulariū instruūtioneā magnitudo-
dine. Cap. III.



Ed uniuersalem quidē su-
tam seriemq[ue] declinatio-
nis circulorū hinc ratio-
cinari quilibet potest, ma-
gnitudines vero interce-
ptorū à declinationib[us] in quolibet pla-
netā particulariter arcuum maximū cir-
culi descripti per polos inclinati circuli,
& erecti ad superficiem per medium ad
quem motus latitudinis perspicuntur.
In Venere quidem atq[ue] Mercurio à lati-
tudinis motibus qui secundum exposi-
tos situs apparet, faciles intellectu h[ab]ent.
Nam

Nam quando in maximis vel minimis excentricorum longitudinibus motus longitudinalis ipsorum sunt, si etiam prope minimas vel maximas epicyclorum longitudines stellarum (ut diximus) reperiuntur, qualiter borealiores aut australiores ut ex proximis observationibus adiunguntur. Venus quidem sexta ferè unius gradus parte semper borealior. Mercurius vero 45. sexagesimus semper australior. Quare hinc excentricorum utriusque declinationum tātam esse percepimus, in maximis autem à Sole distantijs 5. ferè gradibus unius secundum medium rationem borealiores aut australiores oppositis maximis apparet distat. Nam Venus quidem insensibili penè aliqua (quinq[ue] gradibus) differentia minus in maxima excentrici, plus uero in minima dictam secundū latitudinem facere oppositionem perspicitur. Mercurius uero medietate, unius gradus maxime ut obliquationes epicycli ad utramque superficiem excentricorum partem 2. 30. gradus proxime. In circulo qui rectos ad zodiacum angulos facit subtendat, à quibus magnitudines etiam angulorum qui ab epicyclorum obliquatione ad excentricorum superficies sunt capiuntur. Sicut in sequentibus dilucide demonstrabimur, ne in presentium communem sermonis cursum de quincunx planetarīa declinatione retardemus. Quando autem æquat̄ longitudinas mōtū in nodis & in medijs proxime distantijs sunt. Venus quidem (si in maxima epicycli longitude est) uno gradu australior aut borealior circulus per mediū inuenitur. Si autem in minima 6. 20. gradibus proxime, ut sic declinatio epicycli 2. 30. gradus circuli per polos ipsius descripti modo quo diximus intercipiat, rōtideq[ue] enim ex epicycli inaequalitate inuenimus in medijs distantijs. In maxima quidem epicycli subtendens in usū angulū gradus unius sexagesimaru 2. In minima uero graduum 6. & sexagesimaru 22. Mercurius autē cum in maxima epicycli est ut à proximis apparenti


bus quispiā rationabitur australior, borealiore primo gradu & sexagesimus 45. circulo per medium fit. Cū uero in minima gradibus quatuor proxime, ut hinc epicycli declinatio colligitur graduum 6. 15. Tōtidē enim rursus ex utram declinationē in distantijs maxima quādo æqua longitudo per quartam partem à maxima excentrici distat. Hic in maxima epicycli angulū in usū gradus unius & sexagesimaru 46. subtendunt. In minima uero graduū quatuor & sexagesimaru 5. ¶ In reliquis autem Saturno uidelicet Ioue & Marte feorū sum quidem non poterit quispiā magnitudines declinationum cōgrueret intelligere, cum utraq[ue] inter se, hoc est, quæ penes excentricum est, & quæ penes epicyclum cōmiserantur. Sed à motibus rurum excentricorū & epicyclorum qui secundum latitudinem tum in bus obseruantur alterā declinationum hoc modo ab altera separabimus.

¶ Sit enim in superficie quæ recta est ad circulum per medium signorum cōmūnis ad ipsam sectio superficiet quidē circuli per medium A B linea. In superficie uero excentrici linea G D, zodiaci autem centrum sit E describanturq[ue] in maxima excentrici, & in D minima in subiecta superficie circuli æquales F. I. T. C. & L. M. & X qui per polos epicyclorū esse supponatur, in quibus declinetur epicyclorū superficies tum ad lineam I. G. C. tum ad lineam N. D. X. ad æquales uidelicet angulos M. G. & D punctis factos coniungantur à centro zodiaci E (in quo usū est) ad maximam & minimam epicyclorū longitudinem lineę, ad maximā quidē E. I. & E. M. ad minimā uero E. C. & E. X ut c. & X puncta (motus medio soli oppositos) contineant, puncta uero I. & M. cōiunctionales. In Marte igitur motus latitudinis eos cōpimus qui sunt in oppositionibus que in maxima excentrici longitudine, hoc est, in puncto epicycli C

L. I. cōstituantur

constituitur, & eos qui in minima excentrici, hoc est, in puncto χ epicycli sunt, propterea quod differentia ipsorum valde sensibilis est. In oppositionibus enim quas in maxima longitudine facit remouer a circulo per mediū ad septentrionem gradibus quatuor 20. In his autem quas in minima facit ad meridiem gradibus 7. proxime, ut angulus etiam $A E C$ talium 4. 20. colligatur, qualium quatuor recti sunt 360. angulus uero $B E X$ 7. eorundem. ¶ His ita suppositis tam angulum $A E G$ qui ab excentrici quam angulum $T G F$ qui ab epicycli declinacione continetur, hoc modo inuenimus, nam ab his quæ de inexactitatibus Martis demonstrabimus, facile intellectum est quod angelorum in usu confititorum qui subtenduntur ab arcibus equalibus qui sunt ad minimam epicycli longitudinem qui sunt in motibus maxima longitudinis excentrici eam proportionem habent ad motus factos in minima quam quinque proxime ad nouem. Sed arcus $T C$ & $N X$ equeles sunt. Quare proportio etiam anguli $G E C$ ad angulum $D E X$ erit sicut quinque ad nouem. Quoniam igitur dati sunt anguli $G E C$ & $D E X$

& proportio $G E C$ ad $D E X$ est & qualis angulus $A E G$ angulo $B E D$. Si quora pars est excessus totarum magnitudinum ipsius excessus proportionis, totam partem de utrisque terminis proportionis capiemus, habebimus quasdam quoque proportionis magnitudinem. Id enim per Arithmetica proportionem quandam demonstratur. Quoniam ergo magnitudines quidem sunt 4. 20. & excessus earum 2. 40. proportionu uero sicut 5. ad 9. horumque excessus quatuor. Sunt autem 2. 40. pars ipsorum quatuor, tertia duarum. Si tantum partem ipsorum 5. et 9. cooperimus, habebimus $G E C$ angulum 3. 20. graduum, & $D E X$ 6. eorundem, & utrumque reliquum con sequenter $A E G$ & $B E D$ declinationis excentrici gradus unius, & ex istis $T C$ quoque arcum declinationis epicycli gradum 2. 15. propterea quod totidem proxime secundum tabulas inaequalitatis $G E C$ & $D E X$ inuenias angelorum magnitudines continentur 7. ¶ In Saturno autem ac in luce quoniam in differentes ad sensum inueniuntur motus in arcibus maximarum excentricorum longitudinum facti a motibus qui in minimis sunt diametraliterque oppositis, alio modo ex collatione motuum qui sunt in maximis epicyclorum ad eos qui sunt in minimis eorum proportionem computauimus. Remouetur autem ut ex particularibus observationibus facile intelleximus in motibus quidem qui sunt in apparitionibus & occultationibus maxime ad septentrionem atque meridiem. Saturnus quidem gradibus 2. proxime, lupiter autem 1. In oppositionibus uero ad solem Saturnus gradibus 3. lupiter 2. ¶ Quoniam igitur ex inexactitate quoque sutorum perspicuum est quod angelorum in usu ab equalibus epicycli arcibus in maximis & minimis longitudinibus factorum, qui in maximis constituantur, proportionem habent ad illos qui in minimis. In Saturno quidem sicut 18. ad 23. In luce autem sicut 29. ad 43. huncque arcus epicycli $F T$ & $T C$ equeles, erit proportio anguli $F E T$ ad angulum



angulis T E C. In Saturno quidē sicut 19. ad 23. In Ioue sicut 29. ad 43. ¶ Sed etiam 1 B C qui est excelsus duorum secundum latitudinem motuum, gradus unius, in utrisque stellis relinquit. Quare si secundum expositas proportiones unius gradus dividatur, habebimus angulum F E 1. In Saturno quidē sexagesimatum 26. In Ioue autem 24. & angulum F E C. In Saturno sexagesimum 34. in Ioue. 36. Quare totus etiā A E G angulus declinationis excentrici erit in Saturno quidē graduum 2. 26. in Ioue autem 1. 24. pro quibus (commodius enim est) abusi sumus gradibus 2. 30. & 1. 30. hinc T C quoq[ue] arcus declinationis epicyclorum colligit. In Saturno quidē graduum 4. 30. In Ioue autē 2. 30. Totidem enim in tabulis inexactitatis utriusque continentur summa invenientia proxime magnitudines angulo rum P E 1 & F E C.

De componendis particularium latitudinis in
tum tabulis. Cap. IIII.


 X istis igitur nobis integræ maximarum declinationum tam excentricorum quam epicyclorum magnitudines constitutæ sunt. Verū ut particulariū quoq[ue] distantiarum latitudines quotidiæ facile possimus inuenire, planetarū quinq[ue] tabulas compoñimus, totidem singulas uerisū quoq[ue] inexactitatis tabulæ sunt, ordinum autem quinque, quorū duo primi numeros similiiter ut illi etiam continent, tertij distantijs secundum latitudinem circuli per medium cōgruentes particularibus epicyclorum arcibus declinationibus maximis quoq[ue] in Venere quidē atq[ue] Mercurio in nodis excentricorum sunt. In reliquis autem tribus in borealibus excentricorum terminis, in his quarti etiam ordines similes congruentias quoq[ue] sunt in australibus excentricorum terminis continēbunt, computata in his tribus maxima ipsorum etiam excentricorum tum ad leptentriōnem, tum ad meridiē remotione, inuenimus

autem hos arcus, in Venere quidē atque Mercurio per unū. ¶ Rursus thema hoc modo. Sit enim in superficie quæ rectos facit cum circulo per mediū angulos A B G quidē linea communis ipsius et zodiaci sectio, linea uero D B E communis sectio superficii epicycli & sit A centrum zodiaci, B autem centrum epicycli, linea uero A B sit epicyclorum distantia quoq[ue] in maximis declinationibus sit, descripto que circa B centrum, epicyclo D F B I coniungatur F B 1 diameter recta ad lineam D B. Supponatur autē etiam epicycli superficies recta ad subiectâ superficiem, ut lineæ, quoq[ue] ducit in ipsa, rectos angulos ad lineam D B faciant, omnes quoq[ue] extera æquidistantes sint ad superficiem per medium. Linea uero P I sola in ipsa sit, proporsio q[ue] sit data proportione A B lineæ ad B E & magnitudine declinationis, hoc est, angulo A B E inuenire motus stellarum secundum latitudinem, quando exempli gratia distant à puncto E minimæ longitudinis epicycli gradibus 45, talium qualium est epicyclus 360. Nam differentias etiam quoq[ue] sunt in motibus longitudinis propter has declinationes similiter intendimus demonstrare. Hx autem distinctione in motibus qui sunt inter minimam longitudinem, & P & 1 puncta maximæ sunt, propterea quod in dictis punctis idem sunt cum illis qui absque in declinationibus sunt, ut intercipiatur igitur arcus E T graduum (ut diximus) 45. ducaturq[ue] ad lineam quidē B B perpendicularis T C, ad superficiem vero circuli per medium perpendicularares C L & C M & coniungantur T B & L M & A M & A T lineæ, quod igitur L C T M quadrilatera figura parallelogramma & rectangula est, propterea quod C T æquidistantes est ad superficiem circuli per medium. Et quod additionem subtractionemque longitudinis L A M angulus cōtinet. Motum uero latitudinis angulus T A M cum anguli A L M & A M T rectis sunt. Ideo quod A M quoq[ue] linea in su-

perficie circuli per mediū insinuitur per spiculum est. Nunc autem quanti colliguntur motus quos querimus in utræcundis stellarum demonstrandis est. Et primum in Veneri, quoniam igitur arcus $E T$ talium est $45.$ qualium est epicyclus $360.$ erit etiam angulus $F B$ T qui est in centro epicycli talium $45.$ qualium quatuor recti sunt $360.$ qualium vero duo recti sunt $360.$ talium $90.$ quare uterque arcus $B C$ & $C T$ linearum talium est $90.$ qualium est circulus qui $B T C$ rectangulo circumscribitur $360.$ utraq; igitur chorda talium est $84.52.$ qualium $B T$ que recti subtendit $120.$ qualium igitur est $B T$ semidiameter epicycli 45.10 & $A B$ medix distans $60.$ In hac enim maxime declinatio epicycli maxima sit, talium erit utraque linearum $B C$ & $C T$ $30.32.$


Rursus quoniam $A B$ est angulus declinationis talium supponitur $2.30.$ qualium quatuor recti sunt $360.$ qualium vero duo recti sunt $360.$ talium $5.$ erit etiam arcus linea $L C$ talium $5.$ qualium est circulus qui $B L C$ rectangulo circumscribitur $360.$ arcus vero linea $B L$ $175.$ ad semicirculum reliquum. Chordæ erunt etiam sua $C L$ quidem talium erit $5.14.$ qualium est $B C$ que recti subtendit $120.$ & $B L$ $119.53.$ earundem, quare qualium est $B C$ que rectum subtendit $30.32.$ & $A B$ linea $60.$ talium $C L$ quodent $1.20.$ & $B L$ $30.30.$ earundem, & $A L$ $29.30.$ reliquarum. Est autem etiam $L M$ cum sit \neq qualis linea $C T$ $30.32.$ earundem, quare $A M$ etiam que rectum subtendit $42.27.$ earundem colligitur. Qualium igitur est $A M$ que rectum subtendit $120.$ talium erit etiam $L M$ $86.19.$ & angulus $L A M$ additionis subtractionis secundum longitudinem in hoc situ talium erit $92.0.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $46.0.$ Si multiter quoniam qualium est $A M$ linea $42.27.$ talium etiam est $T M$ cum sit \neq qualis linea $C L$ $1.20.$ & quadrata ipsarum composita faciunt quadratum linea $A T$ erit linea quoque $A T 42.$

earundem per longitudinem, qualium igitur est $A T$ que rectum subtendit $120.$ talium etiam erit $E M 3.46.$ & $T A M$ angulus recessus secundum latitudinem talii $3.36.$ qualibus duo recti sunt $360.$ qualium uero quatuor recti sunt $360.$ talium $1.48.$ hos gradus apponimus in ordine tertio tabule Veneris in uersu qui continet numerum graduum $135.$




Verum ut factam additionis subtractionis longitudinis differentia computaremus, describatur similis figura in qua epicyclus declinatus non sit. Et quoniam in utraque linearum $B C$ & $C T$ talium demonstrauimus $30.32.$ qualium est $A B$ $60.$ sit $A C$ reliquarum $29.28.$ cuius quadratum compositum cum quadrato linea $C T$ facie quadratum linea $A T,$ erit igitur etiam $A T$ $42.26.$ per longitudinem earundem. Qualem igitur est $A C$ que rectum subtendit $120.$ talium $C T$ quoque erit $86.21.$ Angulus uero $T A C$ additionis subtractionis ue secundum longitudinem talium $92.4.$ proxime, qualium duo res-

Ei sunt 360, qualibet vero quatuor recti sunt 360, talium 46.2. Fuit autem in declinatione demonstratus 46. earundem. Deficit igitur additio substractione secundum longitudinem. Ideo propter declinationem epicycli duabus unius gra dus sexagesimis. Rursus ut motus quoque Mercurij demonstretur, describatur figura superiori similis. Supponatur arcus $B\ T$ graduū similiter 45. ut utraque rursus $B\ C$ & $C\ T$ linearum talium colligatur 84.52. qualibet est $B\ T$ quae rectum subtendit 120. qualibet est igitur $B\ T$ epicycli semidiameter 22.30. & $A\ B$ linea distans quae sit in maximis declinationibus 56.40. Hec enim nobis omnia demonstrata sunt, talium etiam utraque $B\ C$ & $C\ T$ linearum erit 15.55.



Rursus quoniam $A\ B\ E$ angulus declinationis epicycli talium supponitur 6.15. qualibet vero quatuor recti sunt 360. qualibet vero duo recti sunt 360. talium 12.30. erit etiam arcus $L\ C$ linextalium 11.30. qualibet est circulus qui $B\ C\ T$ rectagulo circumscribitur 360. Arcus autem linea $B\ L$ 167.30. ad semicirculum reliquorum. Quare sua quoque chordae $C\ L$ quidem talium erit 15.4. qualibet $B\ C$ quae rectum angulum subtendit 120. $E\ L$ vero 119.17. corundem. Quare qualibet $B\ C$ linea demonstrata erit 15.55. & $A\ B$ supponitur 56.40. talium $C\ L$ quoque erit 1.44. & $B\ L$ 19.49. & reliqua $A\ L$ 40.51. earundem. Et quoniam quadratum lineæ $A\ L$ cùm quadrato lineæ

$L\ M$ facit quadratum lineæ $A\ M$, habebimus ipsam quoque talium per longitudinem 43.50. qualibet est $L\ M$ lineæ rectum subtendit 120. talium $L\ M$ quoque erit 43.54. & $L\ A\ M$ angulus adiunctionis subtractionis secundum longitudinem talium 42.34. qualibet duo recti sunt 360. qualibet vero quatuor recti sunt 360. talium 21.17. similiter quoniam qualibet est $A\ M$ linea 43.50. talium $T\ M$ quoque est qualibet linea $C\ L$ colligitur 1.44. & quadrata ipsarum composta faciunt quadratum lineæ $A\ T$, habebimus hanc quoque 43.51. per longitudinem earundem, qualibet igitur erit $A\ T$ quae rectum subtendit 120. talium etiam $T\ M$ erit 4.41. & $T\ A\ M$ angulus ipsius remotionis secundum latitudinem talium 4.32. qualibet duo recti sunt 360. qualibet vero quatuor recti sunt 360. talium 2.16. His gradus rur-




sum in tertio tabulæ Mercurij ordine in eodem uerbi apponemus, hoc est, in uerbi qui continet numerum graduum 155.

L 3 Rursus

Rutus propter collationem additionis subtractionisq; describatur figura ab his ulla declinatione, & quoniam demonstratum est talium esse utramq; T C & C B linearum 15.55. qualium est A B 56.40. & reliqua A C 40.45. ea rursum quoniamq; quadratum A C linea ex cū quadrato linea C T facit quadratum linea A T, habebimus etiam ipsum talium per longitudinem 45.45. qualium erat T C 15.55. qualium ergo est A T rectum angulum subtendens 120. talium etiam C T erit 43.39. & C A T angulus additionis subtractionisq; longitudinis talium 42.40. qualia duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti 360. talium 21.20. fuit autem demonstrata graduū 21.17. in declinatione. Minor ergo etiā hic additio subtractione longitudinis tribus unius gradus sexau-


do excentricus in eadem cū circulo per medium signorum est superficie. Reliquarum uero trium stellarum per aliud theorema propterea quod in maximis excentricorum declinationibus epicyclorum quoq; maximis sunt, quare ope reprecium erit computatos habere motus latitudinis, qui ex utraq; declinatio ne colliguntur.

Sunt igitur rursus in superficie quae ad rectos angulos ad superficiem circuli per medium signorum est communis ad ipsam lectio superficie quidē circuli per medium linea A B. Superficie autem excentrici linea A G, superficie uero epicycli linea D G & sit punctum A zodiaci centrum, epicycli uero G, & describatur circa G epicyclū D F B I, sic rursus ut linearū quæ ducuntur sunt ad D B lineā rectos angulos faciant. Diameter quidem F G I & in excentrici superficie sit & aequidistant ad superficiem circuli per medium, reliquæ autem utrisq; superficiebus dictis aequidistantes, & intercipiatur similiter arcus B T eorundem supposita graduū 45. & à puncto T ubi stella T C perpendicularis ducatur. Similiter à punctis T & C ad superficiem circuli per medium perpendiculares C B & T L & coniungantur B L & A L lineæ propositumq; sit tum longitudinis additio nem subtractionem ab angulo B A L contentam, tum latitudinis motū ab angulo L A T contentum insuenerit. Ducatur igitur etiam ad A G lineam à punto C perpendicularis C M coniunganturq; G T & A C & A T linea, supponaturq; propter demonstrata utramq; rursus linearū G C & C T talium 84.52. qualium est G T quæ rectum subcedit 120. quoniam igitur prius in Saturno semidiameter epicycli talium demonstrata est 6.30. qualia media longitudo est 60. erit etiam utraque linearum G C & C T talium 4.36. qualium est G T quæ rectum subcedit 6.30. & quoniam A G E angulus declinationis epicycli talium supponitur 4.30. qualia quatuor recti sunt 360. qualia uero duo



gesimis, propter declinationem insueta est. Motus igitur latitudinis harum duarum stellarum qui sunt in maximis declinationibus hoc modo nobis tractati sunt, propterea quod tunc sunt, quan-


duo recti sunt 360° . talium 9° . erit etiam arcus linea $C M$ talium 9° . qualium est circulus qui $G C M$ rectangulo circumscribitur 360° . arcus vero linea $G M$ 171° . ad semicirculum reliquum, chorda igitur etiam sua $C M$ quidem talium erit $52^\circ 25'$. qualium est $G T$ quae rectum subtendit 120° . $G M$ vero $119^\circ 38'$. eatidem, quare qualium est $G C$ linea $4^\circ 36'$. talium quoque $C M$ erit $0^\circ 22'$. & $G M$ $4^\circ 35'$. qd sed in maxima declinatione semicirculi longiores distantiae $A G$ linea distantiæ quæ in principio libet sit, uta p[ro]demōstratis (in theorematibus) inequalitaribus colligitur $02^\circ 10'$. earundem est, reliqua igitur $A M$ $17^\circ 35'$. talium relinquitur, qualium est $M C$ $0^\circ 21^\circ 38'$. propterea etiam $A C$ quae rectum subtendit $57^\circ 35'$. earundem, quare qualium est $A C$ quae rectum subtendit 120° . talium erit etiam $C M$ $0^\circ 46'$. & angulus $C A M$ talium $0^\circ 44'$. qualium duo recti sunt 360° . supponitur autem etiam $B A$ G angulus declinationis excētrici $2^\circ 30'$. qualium quatuor recti sunt 360° . qualium vero duo recti sunt 360° . talium 5° . & totus ergo angulus $B A C$ talium erit $5^\circ 44'$. qualium duo recti sunt 360° . quare arcus quoque linea $B C$ talium est $5^\circ 44'$. qualium est circulus qui $B A C$ rectangulo circumscribitur 360° . arcus vero linea $A B$ $174^\circ 16'$. ad semicirculum reliquum. Chordæ igitur etiam sua $B C$ quidem talium est $0^\circ 00'$. qualium $A C$ quae rectum subtendit 120° . $A B$ autem $119^\circ 51'$. earundem. Quare qualium est $A C$ linea $57^\circ 35'$. talium $B C$ quoque erit $2^\circ 33'$. & $A B$ $57^\circ 31'$. est autem etiam $B L$ linea (cum sit æqualis linea $C T$) $4^\circ 36'$. earundem, & quoniam quadratum linea $A B$ cum quadrato linea $B L$ facit quadratum linea $A L$, habebimus etiam hanc $57^\circ 42'$. per longitudinem earundem. qd semiliter quoniam linea $L T$ cum sit æqualis linea $B C$ $2^\circ 33'$. earundem est, & quadratum linea $A L$ cu[m] quadrato linea $L T$ facit quadratum linea $A T$, habebimus etiam longitudinem huius $57^\circ 46'$. earundem, quare qualium est $A T$ quae rectum subtendit 120° . talium $L T$ quoque



In maxima vero declinatione, que in semicirculo minime longitudinis est, quoniam $A G$ linea distantiæ quæ in principio Arietis est talium colligitur $57^\circ 40'$. qualium $C M$ $0^\circ 22'$. demonstrata est, & $G M$ similiter $4^\circ 35'$. atq[ue] 10° . reliqua $A M$ sit $53^\circ 5'$. & $A C$ quae rectum subtendit. Quod siam indifferenti quodam maior est qd $A M$ $53^\circ 5'$. erit etiam $C M$ talium $0^\circ 40'$. qualium est $A C$ quae rectum subtendit 120° . & angulus $C A M$ talium $0^\circ 48'$. qualium duo recti sunt 360° . Earundem vero etiam angulus $B A C$ supponitur 5° . & totus igitur $B A C$ talium est $5^\circ 48'$. qualium quatuor recti sunt 360° . quare arcus quoque linea $B C$ talium erit $5^\circ 48'$. qualium est circulus qui $B A C$ rectangulo circumscribitur 360° . arcus vero linea $A B$ $174^\circ 12'$. ad semicirculum reliquum, chordæ igitur etiam sua $B C$ quidem talium erit

erit 6.4. qualium est $A C$ quæ rectum subtendit 120. & $A B$ 119.51. earundem, quare qualium est $A C$ linea 53.5. talium euā $B C$ erit 2.41. & $A B$ 53.1. & quantum quadratum lineæ $A B$ cum quadrato lineæ $B L$ facit quadratum lineæ $A L$ demonstratiq; est linea $B L$ 4.36. earundem, habebimus etiam longitudinem lineæ $A L$ 53.13. earundem, quare qualium est $A L$ quæ rectum subtendit 120. talium etiam $B L$ erit 10.23. & $B A$ L angulus additionis subtractionisq; secundum longitudinem talium 9.95. qualium duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti sunt 360. talium 4.59.


quatuor recti sunt 360. talium 2.53. quos etiam gradus in quarto eiusdem tabule ordine ad numerū gradum 135. apponimus. ¶ Verum ut collationem etiā additions subtractionisq; secundum longitudinem in declinatione minoris distantiæ faciamus. Describatur rufus figura in qua nulla sit declinatio. & quantum qualium est $A G$ huius distantiæ linea 57.40. talium utraq; linearis $G C$ & $C T$ supponitur 4.36. & reliqua $A C$ 53.4. earundem, & quadratum suum cum quadrato linea $G T$ facit quadratum linea $A T$, habebimus etiā longitudinem huius partium 53.16. quare qualium est $A T$ quæ rectum subtendit 120. talium etiam $C T$ erit 10.22. & $T A C$ angulas additionis subtractionisq; secundum longitudinem talium 9.54. qualium duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti sunt 360. talium 4.57. sed demonstratus fuit 4.58. eorundem inclinatio nibus fuisse, additio igitur subtractione secundum longitudinem una sexagesima propter utraq; declinationes iubauit aucta est. ¶ Describatur rufus figura declinationum, demonstrata in stella luis cōtinens proportiones, ut qualium est semidiameter epicycli 11.30. talium utraq; linearis $G C$ & $C T$ colligatur 8.8. quoniam ergo $A G E$ angulus declinationis epicycli talium supponitur 2.30. qualium quatuor recti sunt 360. qualium vero duo recti sunt 360. talium 5. erit etiā arcus linea $C M$. talium 5. qualium est circulus qui rectangulo $G C M$ circumscribitur 360. arcus vero linea $G M$ 179. ad semicirculum reliquo, eter dix igitur etiam suæ $C M$ quidē talium erit 5.14. qualium $G C$ quæ recti subtendit 120. & $G M$ 119.55. quare qualium est $G C$ linea 8.8. & $A G$ linea longitudinis que in principio Libræ fuit 62.30. talium etiam $C M$ erit 0.21. & $G M$ 8.8. similiter, & reliqua $M A$ 14.22. & propterea etiam $A C$ quæ rectum subiungit quoniam indifferenti quodam maior est quam linea $A L$ earundem erit 14.22. quare qualium est $A C$ quæ recti subtendit 120. talium $C M$ quoq; erit 0.46. & angulus



¶ Rufus quoniam qualium est $A L$ linea 53.13. talium etiā $T L$ cum sit etiā qualium lineæ $B C$ est 2.41. & quadrata illarū faciūt similiter quadratum linea $A T$, habebimus huius quoq; longitudinem 53.17. earundem, quare qualium est $A T$ quæ rectum subtendit 120. talium $T L$ quoq; est 6.3. & $T A L$ angulus remotionis secundum latitudinem talium 5.46. qualium duo recti sunt 360. qualium vero

angulus C A M talium 5.44. qualium duo recti sunt 360. Sed B A G quoq; angulus declinationis excētūci talium supponit 1.30. qualium quatuor recti sunt 360. qualium uero duo recti sunt 360. talium 3.82 totus igitur B A C angulus talium est 3.44. qualium duo recti sunt 360. quare arcus quoq; linez C B talium erit 3.44. qualium est circulus qui B A C rectangulo circumscribitur 360. arcus uero linez A B 176.16. ad semicirculum reliquorum. Chordz igitur etiam sive C B quidem talium erit 3.54. qualium A C quare rectū subtendit 120. A B autē 119.56. carūdem, quare qualium A C linea est 54.22. talii C B quoq; erit 1.46. & A B 54.20. sed predeīlītrata iam linea B L 9.8. carūdem est, & quoniam quadrata sua simul faciunt quadratum linez A L, habebimus huius quoq; longitudinē 54.56. carundē, similiter quoniam L T linea 1.46. carūdem est, & quadrata sua simul faciunt quadratum linez A T, habebimus hāc quoq; 54.48. quare qualium est A T quare rectū subtendit 120. talii L T quoq; erit 3.52. & T A L angulus remotionis secundum latitudinē talium 3.42. qualium duo recti sunt 360. qualium uero quatuor sunt 360. talium 1.51. quos gradus in ordine (tabula I) ieiūo ad numerū 135. apponemus. Similiter quoniam A G linea longitudinis qui sit in principio Arietis talium colligitur 57.30. qualium demonstravimus C M lineam 0.21. & G M 0.8. & sic reliqua etiam A M, hoc est, A C quae indifferēti quodam maior relinquunt 49.22. carūdem, & propterea qualium est A C quare rectū subtendit 120. talium E M quoq; est 0.51. & angulus C A M talium 0.49. qualium duo recti sunt 360. colligitur totus etiam angulus B A C 3.49. carūdem, quare qualium arcus etiam linez C B talii est 3.49. qualium est circulus qui rectangulo A C B circumscribitur 360. arcus autem linez A B 176.11. ad semicirculum reliquorum, chordz igitur etiam sive C B quidem erit 3.59. qualium est A C


quare rectū subtendit 120. A B autē 56. carundē, quare qualium est A B linea 49.22. talium etiam C B erit 1.39. & A B 49.20. & propterea quoniam B L linea 98. carundē est, & quadrata sua simul sumpta faciunt quadratum linez A L, habebimus huius quoq; longitudinem 50.0. quare qualium est A L que rectū subtendit 120. talium B L quoque erit 19.31. & B A L angulus additionis subtractionis secundum longitudinem talium 18.44. qualium duo recti sunt 360. qualium uero quatuor recti sunt 360. talii 9.22. Rursum quoniam qualium est A L linea 50.0. talium T L quoque colligitur 1.39. quadrataquo sua simul faciunt quadratum linez A T, habebimus huius quoq; longitudinem carūdem 50. & sexagimaliam diuārum, qualium igitur est A T. quare rectū subtendit 120. talium erit L T 3.57. & angulus T A L remotionis secundum latitudinē talium 3.46. qualium duo recti sunt 360. qualium uero



quatuor recti sunt 360. talii 1.53. quos grad. in quarto tabula ordine ad numerū 135. graduum apponemus.

Mm Sed

Sed collationis etiam additionis subtractionum longitudinis causa sine declinationibus figura rursum describat, & quoniam in proposita distanta qualium est utraq linearum T C & G C 8.8 talium tota quoq; A G 17.30. & reliqua A C 49.22 carundem, & quadraturum suum cum quadrato linea T C facit quadratum linez A T, habebimus huius quoq; longitudinem earundem 50. & sexagesimorum duarum, quare qualium est A T qua rectum subtendit 120. talium & T C erit 19.30. & T A C angulus additionis subtractionis ue, secundum longitudinem talium 18.42. qualium duo recti sunt 360. qualium uero quatuor recti sunt 360. talium 9.21. sunt autem in declinationibus etiā demonstratus 9.22. addidit ergo rursum additione subtractione secundum longitudinem propter utraq declinationes sexagesimam unam.




Deinceps propter Martis quoq; proportiones designetur primum declinationum descriptio colligatur q; rursum utraq linearum G C & C T talium

27.56. qualium est G T semidiameter epicycli 19.30. quoniam igitur A G E angelus declinationis epicycli talium supponitur 2.15. qualium quatuor recti sunt 360. qualium uero duo recti sunt 360. talium 4.30. erit etiam arcus linez C M talium 4.30. qualium est circulus qui G M C rectangulo circumscribitur 360. & arcus linea G M 17.30. ad semicirculum reliquorum. Chordz igit̄ etiā lutea c M quidem talium erit 4.43. qualium est G T qua rectum subtendit 120. G M autē 119. 54. earundem, quare qualium est G C 17.50. & A G maximis distantia linea 66. talium etiā C M erit 1.6. & G M 17.54. & A M 38.6. reliquorum. Idcirco A T euam que rectum subtendit 38.7. earundem, quare qualium est A C qua rectum subtendit 120. talium C M quoq; erit 3.29. & angulus C A M talium 3.19. qualium duo recti sunt 360. sed B A G quoq; angulus declinationis excentricitatis unus est, qualium quatuor recti sunt 360. qualium uero duo recti sunt 360. talium 2. & tonus igitur B A C angulus talium colligitur 5.19. qualium duo recti sunt 360. ergo arcus quoq; linea C B talium erit 5.10. qualium est circulus qui B A C rectangulo circumscribitur 360. & arcus linea A B 17.4. 41. ad semicirculum reliquorum, chorda dicitur etiam lutea B C quidem talium est 5.34. qualium A C qua rectum subtendit 120. A B autē 119. 52. carundem, quare qualium est A C linea 38.7. talium etiā C B erit 1.46. & A B 38.5. etiā autē B L quoq; linea 17.96 cumq; quadratum linea A B cum quadrato linea B L faciat quadratum linea A T, habebimus huius quoq; longitudinem 47.14. similiiter quoniam T L linea 1.46. earundem, qualium est T L cum quadratū linea A L facit quadratum linea A T, erit huius quoq; longitudine 47.16. earundem, qualium ergo est A T qua rectum subtendit 120. talium etiam T L erit 4.29. & T A L angulus remotionis secundum latitudinem talium 4.18. qualium quatuor recti sunt 360. qualium uero duo recti sunt 360. talium 2.9. quos gradus in tertio tabulz Martis ordine ad numerum


rum 135. graduum apponemus. ¶ Eodem modo in declinationibus minima longitudinis, quoniam talium est A G linea 14. qualium C M demonstrata est. i. 6. & G M 27. 54. & A M 26. 6. reliquarum colligitur, & A C quæ rectum subtendit 26. 7. earundem, erit etiam C M talium 5. 3. qualium est A C quæ rectum subtendit 120. & angulus C A M talium 4. 49. qualium duo recti sunt 360. Idcirco tonus quoque B A C angulus 6. 49. earundem, quare arcus etiam linea B C talium erit 6. 49. qualium est circulus qui A B C rectan gulo circumscribitur 360. et arcus linea B C 173. 11. ad semicirculum reliquorū, chor da igitur etiam linea B C quidē talium erit 7. 8. qualium est A C quæ rectum subtendit 120. & A B 119. 47. quare qualium est A C linea 26. 7. talium B C quoque erit 1. 33. & A B 26. 4. est autem rursum B L quoque linea 27. 46. earundem, quoniam quadratum lineæ A B cum quadra to lineæ B L facit quadratum lineæ A T erit huius quoque longitude 38. 12. quæ-

secundum longitudinem talium 94. qua lium duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti sunt 360. talium 47. Simili ter quoniam qualium est A L linea 38. 12. talium L T colligitur 1. 33. & quadratus sua simul faciunt quadratum lineæ A T, habebimus huius quoque longitudinem 38. 18. earundem, quare qualium A T quæ rectum subtendit 120. talium L T quoque erit 4. 42. & T A L angulus remoto ris secundum latitudinem talium 4. 48. qualium duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti sunt 360. talium 2. 202. quos gradus in quarto tabulæ ad numerum graduum 135. apponemus.

¶ Sed si collationis rursum additionis subtractionis secundum longitudinem causa sine declinationibus figura minima diffatia ubi maxime sensibilis diffi rentia sit descripsierimus, colligitur proportio lineæ A G ad utramque linearum G C & C T sicut 54 ad 27. 56. Idcirco



lum ergo est A L quæ rectum subtendit 120. talium B L quoque erit 87. 45. & B A L angulus additionis subtractionis, e



A C linea 26. 4. reliquarum erit, & A T quæ rectum angulum subtendit 38. 12. earundem, & propterea qualium est A T


Mm 2 quæ

qui rectum subtendit 120, talis rursum $T \angle C$ colligitur 87.45° & $T \angle A$ additionis subtractionis secundum longitudinem angulus talis 94° . qualiter duo recti sunt 360° , qualiter vero quatuor recti sunt 360° , talis 47° , rotidem vero demonstratus ex proportionibus, etiam declinatione fuit, additione ergo subtractione secundum longitudinem nullam in Marte propter declinationes differentias habuit.

¶ Quare autem duum Veneris ac Mercurii tabularum ordines latitudinales continent motus, qui a maximis ipsorum epi cyclorum obliquationibus quae in extremis excentricorum longitudinibus sunt continent, quos motus per se absque differentia qua sit propter excentricorum declinationem consideravimus, plurimis enim illo modo tabulis opus nobis fuisset, computationisq; calculis multo difficultior inde fieret, cum uero per tim matutini que motus inaequales, nec omnino ad eisdem circuli per medium partes fiant, nec aliquin excentricorum declinatio maneat, unde diminutione excessus ad maximas inclinationes differentiam ab excessibus diminutionum ad maximas obliquationes essent habiti, differentia vero separata faciliter singula nobis procedent ut sequentibus patebit. ¶ It ergo $A B G$ linea superficierum circuli per medium & epicycli communis sectio, & sit centrum orbis signorum, & sit in centro epicycli, describaturq; circa ipsum epicyclus $G D E F$ in obliquitate superficiem circuli per medium, hoc est, ut ducatur in ipsis lineis perpendiculariter ad G in communem sectionem, equalis faciant omnes angulos qui in ipsis G in linea punctis continentur, & protrahatur $A E$ quidem linea ad epicycli contactum, linea uero $A F D$ sic ut fecerit epicyclum sicut contigerit, & deducantur a tribus punctis $D E F$ ad lineam $G E I$ perpendiculares $D T$ & $E C$ & $F L$ ad superficiem uero circuli per medium $D M$ & $B N$ & $F X$ & $T M$ & $C N$ & $L X$ lineas & propterea $A N$ & $A X M$, nam $A X M$ recta linea est in duabus

enim superficiebus, omnia tria puncta sunt, hoc est, in superficie circuli per medium, & in superficie qua per $A F D$ lineam recta est ad zodiacum, quod igitur in proposta obliquatione additiones quidem subtractiones harum duarum stellarum secundum longitudinem sum $T A M$, sum $C A N$ angulus continet. Latitudinales uero angulus $D A M$ & $E A N$ perspicuum est. Sed demonstrandum primo est quod entia $E A N$ anguli motus secundum latitudinem qui est in ipso constat major omnibus est, sicut etiam additione subtractione secundum longitudinem, nam quoniam $E A C$ angulus maior est omnibus, maiorem $G B$ linea ad $A E$ proportionem habet q; utraq; linearum $T D$ & $L F$ ad utraq; $D A$ & $F A$, sed sicut $E C$ linea ad $B N$ sic & $T D$ ad $D M$ & $L F$ ad $F X$, aequalium enim trianguli omnes (ut diximus) qui sic continentur, sunt angulorum & angularium, qui sunt in punctis $M N X$ recti sunt, quare linea $N E$ ad lineam $E A$ maiorem habet proportionem quam utraq; linearum $M D$ & $X F$ ad utraq; $D A$ & $F A$ sunt rursum anguli $D M A$ & $E N A$ & $F X A$ recti. Maior igitur est entia $E A N$ angulus angulo $D A M$ certisq; uidelicet omnibus, qui eodem modo continentur, perpicuum autem hinc est q; differentiarum qua sit sunt ex obliquatione in additionibus subtractionibus secundum longitudinem maior illa extens est, quae colligitur in motibus maximis qui sunt in puncto E propterea quod ipsas angulos continent quibus subceduntur $T D$ & $C E$ & $L F$ linearum excessus ad lineas $T M$ & $C N$ & $L X$, cum uero in singulis ipsarum eadem proportionem maneat & ad excessus, sequitur ut excessus entia $E C$ & $C N$ linearum maiorem proportionem habeat ad lineam $E A$ quam ipsi excessus reliquarum ad lineas similes lineas $A D$, hinc ena patet quod quacumque proportionem maxima additione subtractione secundum longitudinem ad maximum latitudinis motu habuerint, hanc in omnibus epicycli particulis additiones subtractiones sunt secundum longitudinem

in diuinā ad motus latitudinis habebunt, propterea quod sicut se habet C ē linea ad lineam E N sic omnes lineas sive miles lineis L F & T D ad similes lineas F X & D M.




His ita demonstratis videamus nūc quantus nam angulus in utrīq; stellarū ab obliquatione superficiū continēt, supponatur ergo, ut iam dicitū est quod inter maximā & minimā longitudinem quinq; utrīq; ipsarū gradibus maxime borealior et australior fiat motibus qui sunt secundū epicyclum cōtrarij. Stella enim Veneris indifferenti quodā maiore atq; minorē q̄d quinq; graduū remotionem qua sit in minima & maxima exētrici longitudine cernitur facere. Stela uero Mercurij 4. 30. proxime unius gradus sexagesimus. Sit ergo rursum A B G linea circuli per mediū signorū & epicycli cōmuni sc̄tio, descriptoq; in B pūcto epicyclo G D E oblique ad superficiū circuli per medium ut iam explanauimus, cōiungatur à cētro zodiaci tangens epicyclum linea A D & protrahatur à pūcto D & ad lineā qui-

dem G B ē perpendicularis D P, ad superficiū autē circuli per mediū perpendicularis D I & cōiungatur B D & F I & A I lineas & supponatur D A I angulus cōtinere in utra que stella medietatē propositæ remotionis secundū dum longitudinē qua medietas est talū 2. 30. qualū quatuor rectū sunt 360. sicuti propositū inuenire magnitudinē obliquationis utriusq; superficiū, hoc est, magnitudinē anguli D F I, in Veneri igitur quoniam qualū est epicyclis semidiameter 43. 10. talū maxima quidem longitudo est 61. 15. minima uero 58. 45. & media inter eas 60. linea profecto A B eam proportionem habeat ad lineam B D quā habebit 60. ad 43. 10. & quoniam quadratū lineas B D iubera cūm à quadrato linea A B facit quadratū linea A D, habebimus etiam huius longitudinē 41. 40. earundē similiter quoniam sicut B A ad A D sic & B D ad D F, habebimus etiam D F linea 29. 48. earundē. Quotius quoniam angulus D A I talū supponitur 2. 30. qualū quatuor rectū sunt 360. qualū uero duo rectū sunt 360. talū 5. erit enī arcus linea D I talū 5. qualū est circulus qui rectangulo A D I circumscribitur 360. & chorda sua D I talū 9. 14. qualium est A D qua rectū subtendit 120. quare qualū est A D linea 41. 40. talū erit D I linea 1. 50. si autem etiam D F 29. 48. earundem demonstrata, quare qualū est D I qua rectū subtendit 120. talū etiam D I erit 7. 20. & D F 1 angulus obliquationis talium 7. qualium duo rectū sunt 360. qualium uero quatuor rectū sunt 360. talium 3. 30. sed quoniam excessus anguli D A F ad angulum I A F differentiam contineat additionis subtractionis uē secundū longitudinem, hinc etiam ipsam ratione simili ex ipsorum magnitudine consequemur, nam quoniam demonstratum est talium esse A D qua rectum angulum subtendit 41. 40. qualium est D I linea 1. 50. & D F linea 21. 58. subtrahitque D I linea quadratum à quadrato utriusq; linea A D & F D.

Mm 3 habebimus

habebimus etiam longitudinem $A I$ linea $41.37.$ earundem, & longitudinem $I F$ $29.45.$ quare qualium est $A I$ que rectum subtendit $120.$ talium etiam $F I$ erit $56.16.$ & angulus $F A I$ talium $91.56.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $45.58.$ similiter quoniā qualium est $A D$ que rectum angulum subtendit $120.$ talium $D F$ etiam est $56.18.$ habebimus $D A F$ quoq; angulum talium $91.58.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $45.59.$ deficit ergo additio subtractione secundū longitudinem sexagesima una.



In Mercurio autem quoniā qualium est epicycli semidiameter $22.30.$ talium maxima longitudine demōstrata est $69.$ & opposita $47.$ & media inter has $65.$ habebit $A B$ eam ad $B D$ proportionē, quā habent 65 ad $22.30.$ & quoniā quadratum linea $D B$ subtractū à quadrato linea $A B$ facit quadratum linea $A D,$ habebimus etiam huius longitudinem $58.$ si. earundem, similiter quoniā sicut $A B$ ad $A D,$ sic & $B D$ ad D


$F,$ erit etiam linea $D F 21.1.$ Rursum quoniā angulus $D A I$ talium supponitur $5.$ qualium duo recti sunt $360.$ enc arcus $D I$ talium $5.$ qualium est circulus qui rectangulo $A D I$ circumferi bitur $360.$ & chordae eius $D T$ talium $5.$ qualium est $A D$ que rectum subtendit $120.$ quare qualium est $A D 58.$ $51.$ talium etiam est $D I 2.34.$ Demon strata est autem etiam $D F 21.1.$ quare qualium est $D F$ que rectum subtendit $120.$ talium $D I$ quoq; erit $14.40.$ & $D F I$ angulus obliquationis talium $14.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $7.$ simili ter gratia etiā collationis angulorum additionis subtractionisq; quoniā rur sum qualium est $D I$ linea $2.34.$ talium $5.$ $A D$ que rectum subtendit demonstrata est $58.51.$ & $D F 21.1.$ & quadratum linea $D I$ subtractū à quadrato utriusque linearum $D A$ & $D F$ facit quadratum utriusq; $A I$ & $I F,$ habebimus lineas quidē $A I$ longitudinem $58.49.$ linea vero $F I 20.45.$ earundem, quare qualium est $A I$ que rectum subtendit $120.$ talium $I F$ etiam erit $42.38.$ & angulus $F A I$ talium $41.58.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $20.49.$ & per eadem quoniā qualium est $A D$ que rectum subtendit $120.$ talium $D F$ quoq; colligitur $42.50.$ habebimus etiam angulum $D A F$ talium $41.50.$ qualium duo recti sunt $360.$ qualium vero quatuor recti sunt $360.$ talium $20.55.$ deficit ergo etiā in hoc additio subtractione secundū longitudinē propter obliquationem sexagesimis sex que erat inueniens dicitur. Sed considereremus nunc si suppositis his obliquationum magnitudibus maximis motus latitudinis qui sunt in maximis minimisq; longitudinibus cōgruere cū illis inueniuntur, qui per observationes habent. Supponaturq; iursum in eadē figura maxima Venienti longitudine, hoc est, ut A linea sit ad $B D$ sicut $61.15.$ ad $43.10.$ quoniā igit̄ quadratum linea $D B$ subtractū à quadrato linea $A B$ facit quadratum linea $A D,$ colligitur

gitur etiam hinc 43. 17. earundem, sed sicut B linea ad A D sic & B D ad D F erit igitur etiam D F 30. 37. earundem. Rursum quoniam D F I obliquationis angulus talium supponitur 7. qualium duo recti sunt 360. & D I linea talium 7. 20. qualium D F quare rectum subtendit 120. erit etiam D I linea talium 1. 52. qualium D F est 50. 37. & A D 43. 27. quare qualium est A D quare rectum subtendit 120. talium D I quoque erit 4. 9. & D A I angulus maximus secundum latitudinem remotionis talium 4. 54. qualium duo recti sunt 360. qualium vero quatuor recti sunt 360. talium 2. 27. In minima vero longitudine, quoniam qualium est A D epicyclis semidiameter 43. 10. talium A B supponitur 50. 45. & quadratum linea D B substractum a quadrato linea A B facit quadratum linea A D, habe-

XII.


tum signis efficiuntur. Hæc & huius-
modi alia sunt, quæ primos cœlum su-
spicere & indagare diuina lumen exhibe-
bente prouidentia, cuiusmodi ea essent
complerunt, maluerunt namque (præ-
stantius ut est id arbitrat) illa & specula-
re & scrutari quām fixis in terram oculis
motibunda, caducalib, & illis coelestib
obnoxia cōtemplari, ac pariter ad-
mirari, posteros quoque scriptis suis ad
corū inspectionē provocādos esse cen-
suerunt, ne tā operose spectaremus, aut
ista narrari audiremus. Vt autē pia Pro-
cli sententia, uerius, iustiusq; dicat Deo,
(à quo bona omnia) nobis conferente
hæc concedi existimanda sunt. Præter-
tim cum circa huiusmodi hypothœses
plures discordes fuisse videamus, q; ea
tractate aggressi sunt, necq; eisdem inni-
xos esse rationibus, neque eorundē au-
thores omnes, quo itidem ab eisdē col-
ligantur omnia. Nō enim uni cūcta tri-
buenda esse diuina putauit prouidentia,
sed alijs alia, quo aliquo munere pecu-
liari omnes à se contentos dimitteret.
Clarissimi ergo olim Pythagorei (ut
memoriz quidam scriptis prodiderū)
eccentrorum & epicyclorum primi ra-
tiones inuenere quippe efficiens alijs sim-
pliciores videantur, provocatumq; eis
Pythagoram quæsiſse, utpote ex min-
mis ac lūplicissimis, quæ in questione
forent uolentem ostendere. Quocirca
satius est has diuinis corporibus pro-
prietates, quām motus attribuere con-
trarios, & perinde nos quoque hæc se-
quenter principia, & que de his educita
principijs nostris suffragentur demon-
strationibus ad apparentium cōsonan-
tiā, acq; adeò Proclum (ut sequimur)
ita ille Ptolemaeum, quem nos quoque
& Alfagranum, qui ipse quoque Pto-
lemaeū, ita & in nonnullis alijs, ut una
omnes sicut in alijs alij nostrar subue-
niant institutioni ubiq; etiam nostrum

suggerente Deo ammiscebimus iudi-
cium. Ptolemai potissimum secuti sunt
posteri omnes vestigia, quod euidentio-
ribus, præstantioribusq; illum Deus ad
astronomiā capessendam præceptis ob-
armarit, ut eo duce facile assequi que-
as, quæ ante a magna egebant uigilans
mentisq; occupatis inequalitatib; appa-
rentias duxerunt inuenientas communi
ni illa notione immobili permanente,
ut receptum sit diuina moueri oportet
corpora motu ordinario atque com-
posito, minimēq; dissoluto, lōgeq; ea à
mortali abesse imbecillitate, apud quā
iure ordinis experta sunt omnia.

Illud nimtrū primo occupabimus pla-
netas omnes moueri nō circulatim, ne-
que circa uniuersi polum, nec enim per
parallelos feruntur círculos ob aquino-
ctialeum círculum, neque indicantur pa-
ralleli círculi omnes uni poli, ut nouo
ut uero, quod in toto hoc opere mihi sepe faciendum est. Verum oblique
feruntur ob hunc, aliosc; parallelos or-
bes, quos intra suam admittunt latitu-
dinem, nō igitur cōuerſiones circa ipsum
uniuersi polum faciūt, necq; circa unum
modo omnes tæcti non ad uniuersi po-
lum, necq; enim boreus omnium terminus, neque itidem australis, sed ab ij quidem plus, alijs uero minus in utramque
procedunt partem, & perinde per hos
limites singuli suum obliquum defer-
bunt círculum ad parallelos. Proinde
cum differat poli, descriptos ab ipsi or-
bes magis ac minus obliquari necesse
est, & perinde aliorum quidem polos
plus abesse à parallelorū polo, aliorum
autē minus necesse est, magis quidem
plus obliquatorum, & quorum minor
obliquitas, n̄ etiam minus distant. Illud
autem omnium cōmune est cūiuslibet
obliquitatis polum tantū abesse à polo
parallelorū quantū boreus limes ipsius
maximus parallelorum maximū, quare
si noris boreum limitem maximū obli-
quitatis quo Luna mouet, describās
per duo puncta huius & poli parallelo-
rum maximum círculum, eritis rectus ad


maximū parallelorum, quod per ipsius polos descriptus sit. Cāge ubi in ipso partem quartam ambitus, ut punctum magis in boream quod sit limes boreus, ut diximus, obliquitatis circuiti Lunæ, ita sicut etiam habes, ut cernis eam que est ex polo parallelorum ad maximū. Comuni autem ablata, quæ inter boreū est terminū Lunæ obliquū, polumq; parallelorum binorū polarū mediā inuenies etiam sicut etiam habes, ut cernis eam que est ex polo parallelorum ad maximum. Comuni autem ablata, quæ inter boreū est terminū Lunæ obliquū, polumq; parallelorum binorū polarū mediā inuenies etiam sicut etiam habes, ut cernis eam que est ex polo parallelorum ad maximum. Comuni autem ablata, quæ inter boreū est terminū Lunæ obliquū, polumq; parallelorum binorū polarū mediā inuenies etiam sicut etiam habes, ut cernis eam que est ex polo parallelorum ad maximum. Comuni autem ablata, quæ inter boreū est terminū Lunæ obliquū, polumq; parallelorum binorū polarū mediā inuenies etiam sicut etiam habes, ut cernis eam que est ex polo parallelorum ad maximum.

est aut centrum esse circulorum, in quibus mouetur suis motibus terrā, noscū utpote ab his iis cētro spectare horum transitus syderum, aut illorum centrum terram non esse, neq; usus nostros undique atque distare à circulorum globorum ambitu, in quibus deferuntur, at si in homocentris ipsi modo mouetur, & equaliter mouentur, id namque diuinis tributū corporibus est, exploratum fuent ambitus confidere ipsos omnes etiam celeres, nō persicos orbes modo, sed ad uniuersi obvolutioem, & qualiter inter se transire in temporebus apparetur etiam quibus, nam homocentrii circulotū, que inter rectas lineas allium pars sunt partes à centro productæ candem habet ad uniuersos circulos, quorum sunt partes rationem. Videntur autem celenteat inaequali signiferi transire sectiones, & alias quidem celerius, alias uero tardius, & medios progressus facientes motuum uidentur celeriorum & tardissimorum esse, ergo non per homocentros signifero orbes feruntur, si cum sic aequalis eorum motus spectatur inaequalis, quod celerius ac tardius alias atque alias signiferi partes transmittat motus. Quod si non homocentri feruntur cum uniuerso orbibus, orbes per quos mouentur alia habere centra, quān terrenecelle est, quān certi, punctū locum ad uniuersum habere ratio conuincit, ex eo quod nos in eius superficie dimidium signiferi orbis supra terram spectamus, utpote à centro eodem spectantes, neque usus nostros eque semper ab aliis distare cernimus, sed ea aliquando remotiora à terra spectari, nobisq; uideri aliquando propin quiora. In medio itaque terra polita, cumq; nec magis sursum surgat, neque magis dehincat inferne, neque enim uales aut montes habata ratione magnitudinis momenti sunt aliquius, at ea astra in causa esse plane dicenda sunt, quod in suis orbitis modo remotiora modo propinquierora orbitibus insidente, cum nos tamē loco nondiccedamus abfensus illorum a nobis par non est. Quādo

igitur

Igitur ad signiferum centri locum terra obtinet, par est ut planetæ aut nō in homocentris, aut non æquali motu ferantur, quod diuinis utili dignum fuerit attribuere corporibus, quare ad hāc inæqualitatē apparētiam vetteres mathematici conuerſi sunt indagādam, est si quidē hoc astronomiz principiū, ut cuiusvis scientiā, suum oportet nimistū principium fixum manere, esseq; stabile, aut eo vacillante quārendum nō est quamobrem inæquales appareat astro rum motus, manēt nempe eodem modo semper in medio terra, apparet à terra stellæ sublimes, & modo humiles, & in terrā proux uribus modo in sublimi illas attollētibus à terra modo contra. Cogitatione itaq; cōsideretur orbis A B sit, quam circa centrū C intra hunc ipsum alium, qui non sit homocentrus B F, sitq; huius centrum D, ductaq; re-

in suis orbib⁹ inæqualiter pergere videatur per signiferi circuli interualla. Duorum namque orbium non homocentrorū à centro interioris circuli productæ rectæ linæ ad exteriorem circulum neutiquā similes interiores sectioes erunt, ut suprā est demonstratiū exterioribus. Sint namque rursus non homocentri orbes A B circa centrū C & B F circa centrū D & producantur ab D, D H, D G, D L, D K quæ æqua-




ta quæ piam linea per centra, sitq; A B F B in qua sunt D C centra, non dubiū igitur his ita habētibus quin mota per B F orbē stella cum ad E uenerit à terra remotior appareat. Cum autē ad F ter ræ uicinius proprius siquidem ipsi C est F ut B remotius, quoniam cētrum ipsius E F est in B D non autem in C F recta linea. Quod si c modo superna, mo do inferna petat nihil impediret ob terram uideri remotiones, & propinquiores. At quoniā manet C tundē lemper obtinēt loci ipsa stella aheat lōgius, accedatq; proprius necesse est in C constitutis. Hoc primum propositum est fixum astronomis, quo centrorū orbium circumuolutorū inæqualitatēm cūstodiāt stellas non moueri in homocentris mundo orbibus, ut cum æqualiter

les inter se inuicem auferāt quod intra ipsas sit, affero tamen non esse æqualem H G ipsi L K, nā si æquales & ipsæ cōiungant C H, C G, C L, C K, & æquales erūt subtenēt ipsiis ad C anguli, nam centrū ipsius A B est C, sicut ergo qui sub H D G ad eum qui est sub H G, quā qui sub L D K ad eum, qui sub L C K quod fieri nullo modo potest, minor si quidē qui sub H C G, atqui maior est, qui sub L C K, eo qui sub L D K, non ergo similes sunt inter se inuicem H G & K L. Cum ergo stella in E F mora fuit, æquales mouerit ablatas earum, quæ sunt A D centro productæ ad E F orbē nō æqualiter moueri uidebis in A B, sed minus quidē in H G, magis aut in K L in īēpore ergo æqualiter minus quidē moueri uidebantur, cum longē à terra mouebūtur. Plus autem cum proxime terram atqui remotum à terra fuit E, & propinquum terræ F. Quod si ita non dubium quin æqualiter moueri uidebas in temporibus inæqualibus. Quod si æquilibus tēporibus inæqualiter mouentur, & circa à terra remotionē longiori tēpore circa propinquorē terræ

locum minori æquales sectiones ipsius A B circuli transfit, ergo æqualiter circa E F circulum delata istella æquales per partes æqualib. tēporibus videbis, hoc enim erat æquale inæqualiter, porrò in A B mouebitur, & inæqualia ipsa in tēporibus inæqualibus, et maiori quidē ubi in spacio à terra remotissimo, minimo autē in vicinissimo, medio porrò in medijs tēporibus plurib. Est igit̄ eccentricus etiam modo capere, ut mīdi cens̄ trū etiā ut homo cētrum ipsi uniuersitati, circulo facias capiendo eccentricū, qui moueat in homo cētro, ut suū habeat cētrū, in illius cūcūferētia homo cētri, circa eam cūcūferētiam æqualiter moueat. Stellula uero in ipso & circa ipsum, quæ aliquādo sit in eius partib. propinquis centro ipsius homo cētri. Aliquādo autē in lōginqūis, circuloq̄i facias in cūcūferētia homo cētri moueri æqualiter, nec nō stellam in ipso æqualiter, eoq̄ modo ad cētrum homo cētri inæqualiter videbis per interualla exterioris circuli moueri, consideren̄ namq̄ homo cētri quidē ab E F circa cētrū, orbiculus aut̄ quip̄a circa E F qui G H moueat habens in ipso cētrū, sitq̄ in ipso delata æqualiter & G H in E F. Manifestū igit̄ quod cum fuerit in G lōgissime distabit A C, at cū in H propinquissima erit, ac circa intersecta ac medias his cursus distârias medias habebit positiones, quare si sumamus nobis A centro G H producendo

ad A B orbem rectas lineas auferentes ipsius G H producētæquales nō ause- rent ipsius A B, sed minima quidē plurimū aberit A C, maxima autem mini- mum, nam idē est demonstrationis mo- dus. Eccentro igit̄ C H circa E F homo cētrū ipsi A B æqualiter moto, stellulaq̄ æque in G H transeunte, & æqualibus tēporibus inæqualis apparebit motus in A B eis qui sunt ab C spectates. Duo bus ergo modis sumpto eccentrico, necel- fariq̄ duobus modis tātum, aut enim cōprehendit cētrū uniuersi eccentricū stellæ, in quo mouet, aut eleuata est ab ipso, aut ipsum attingit, hoc aut̄ impos- sibile, nam nunq̄ stellas uidit quisquam terā attingere. Duobus ergo inquam modis eccentrico dato inell̄gi possunt amba assumptiones cultodire æqualē stellarū motum esse, et inæqualē usq̄ nō, uocetur sane proprie eccentricus cū habuerit etiā uniuersitatis cētrū intus, uelut in proxima descriptione. Proprie autē epicyclus cum circa alii mouetur orbē suū habēs in illo cētrū, uel epicy- clus in illo deferēt, uel ille circa ipsum agitur sepe circa suum mouēdo cētrū. Causa autē has ambas hypotheses fuit astronomis admittēdi, quæ possunt hu- iusmodi demonstrare inæqualitatē, qđ p̄spectus, obtutusq̄ noster his egeret ambabus, nam in Sole eccentricus sufficit, ut apparentia per se eōferuet, & epicy- clus separatus, q̄ in homo cētro deferatur. At in alijs stellis illis ambob. opus est. Quare & quidā mathematici uno uerbo eccentricū solēnt appellare huiusmodi hypothēm, ut pote eccentricū epicyclum moueri proponentes, manū feluum uideri potestq̄ simplicior sit so- lis motus iuxta huiusmodi hypothēs, quemadmodū etiā lung tametē sole ua- riatio est, quod his ambobus egeat, & eccentrico, & epicyclo, alijs tamen stellis est simplicior. Hos sane orbes inuenies- mus ex nō errantib. sphera, ad ipsarum hypothēm inueniendā egere, quæ mo- uet [¶ Greci uis φεστι.] iuxta Ptolemai- em sententiā centum annis parte una, qui hypothēsi luna non egerat, ad pro- grediendo id liquere posuerit. Verum nunc




nunc cōmunes in qualis apparētię hypotheses indicemus ad suā unius cuiusque trāleūdo inspectionē à solari, ut por te omniū simplissima & apertissima auspiciacissimū nobis sumētes exordiū.

De motu solis in de generatione. Cap. II.

 Voniā Solem intuemur suā conuersiōnē in obliquo face re circulo parallelis relegato maxime in austriū, septentrio nemq; aequinoctiali, eundemq; semper describere circumflexum, quem alii per media signa, alii eclipticā vocitant. Huius autē appellationis que per medias signa causa est, quod alii planetarē infra, uel super ipsum cōuersione xpēnum fa ciat obliquas, sū Sol uno eodemq; modo semper procedat mediū aliarum alio rum obtinē obliquitatis intra, extraq; ipsum secedentes quādo uarij apparent ipsorum motus. Cum igitur sensu hac nobis perspicua sint, expedit primo līmi ē septentrionalē, australēq; capere orbis ipsius Solis quo deprehendamus quantum uterq; à maximo parallelorū absit, ut proclivius quantū distent poli à solari obliquitate & parallelis cognoscamus. Idem namq; horū est inter uallum iam dictorū terminorū ad maximum parallelorū, ut prius est cōmemoratum, qđ aliquid traderemus. Ad hęc itaq; cōprehendēda quoniam sensu uolum orbis boreum et austriū accipere eiusmodi extrictā est instrumentū, ut infinita nobis nō possit quicq; oboris. Extrictur itaq; orbis treus magnitudine mediocris ne sua uasta magnitudo ne sit motu difficultis, et ne exiguitate ad sectiones admittandas minus aptus sit, & perinde ut dixi est sit mediocris habens diametrū, haudquāq; minorem di midix ultra magnitudine, ut sit sectiōnum ex cētro fermē sexaginta, taliū sit crassitudo ipsius quatuor, latitudo aut duarum & dimidie. Nec te p̄terereat quid latitudinē, quid crassitudinem uocari. Existat itaque orbis suo ambitu non cōductum factus, arq; obiculariter, sed eo modo ut exteriorē superficie terminatam habeat ad angulos conexos utrinq; planis. Similiter etiam inte-

riorem, at itaque accurate tornetur, ut quadrāgulas habeat declinationes, hoc est, rectas interioris, exteriorisq; ambitus ad tempora ac maxillas, ita nempe polo orbe, orbis ipsius crassitudinem uoco, que est à cōuexa ad concavā superficiem interuallū quātum cōntinent plana in utraq; harū duarū superficiē. Latitudinem uero utriusq; interuallū, quod est inter duo plana, non dubium igitur quin oporteat ab ea, que est ex cētro ad exteriorē usq; superficiem sectionē esse 60. eam uero que est ex centro ad cōcavā usq; interiorē earūdem quinqua ginta sex, ac ad cōuexam usq; sexaginta. Ab alterutro autē planorū ad alterū ad rectas lineas duarū earūdem sectiōnum & dimidiā. Hunc ita politum orbem, ad normamq; ac libellā peractū dividimus, porro in trecentas & sexaginta partes inter se inuicem æquales, æqualiaq; interualla per utrumq; planū, quod crassitudinem uocabamus, & in quæcunq; his minora fieri potuerit, ut singula segmenta subdividantur in sexaginta, quo nō modo habeamus eius per partes sectionē, sed etiā minus partē in scrupula saltem prima. Enimvero examinatōrē ex diuītione habebimus cognitionē, quādoquidem nō prorsus ad integrō partium limites, quos querimus peruenit distantia, que est ad maximum parallelorum, sed ad scrupula descendit, ut intra partes scrupula describan. Sectus hoc modo orbis usum meridiani nobis exhibebit, ex quo querimus interiectū capere interuallum septentrionalis, & australis termini solaris obliquitatis post hunc orbiculum alterum tornabimus magnitudine quidem tantum, ut possit in concavo meridiani eius conuexū apte accommodari, et intra ipsum circūagi ex ea ne excidat cōcinitate, illo autē habente quatuor in crassitudine qualia segmenta erant sexaginta ex centro, ut diximus, ipse duo habet & dimidium eorūdem in sua crassitudine latitudine utiq; amborum æquili existere, ut tempora ac maxillæ orbium in uno sint plano, quo planum meridiani nō uaciller, qui circumcurrent intus


orbis sine impedimento ad septentrionem & ad meridiem sub illo conuoluas. Huic autem interiori orbi fixuras apposuerimus rectas ad illum in utrasq; eius partes quo uertatur, uel in orientalē, uel in occidentalē signata partem indifferens certe meridiani sensu est latitudo, uerū fixurā, nodisq; & infibulationes sint ex lamina areæ ad parallelogrammum rectangulum, habeatq; diaugion, hoc est, in quod et unde lux irrumpat, emergatq;, id est in medio tanq; in ipsis diagoniorum cōgressis. Horū autē utroq; sīnt triangula rectangula, quæ sīnt ad rectos angulos ipsius parallelogrammatis, ut ipsorum iuxta basis dimidio minor latere, hucq; cōpingantur per diametrum inter se inuenient in orbe, ut dictū est in interiori, ita ut parallelogramma quidem ad rectos stene angulos in orbis maxilla, triangula autem extollat huius crassitudinem, & in



extremis suis desuper cadat in crassitudinem exterioris orbis, ut circuacto interior, cōsidente autē obnoxie exteriorē extrema triāgulorum partes indicet, in quas defecta est exterioris orbis crassitudo, transpeccū autē nobis effectio per parallelogramma, rectisq; statibus, et per tuulis inducē per diametrum, uinculū horū orbū ita cōstruita, bina fiat ostendicula, & in utrāque parte crassiitudinis maioris circuli figantur, ut se se extendat in minoris crassitudinem, secumq; cohabeat ipsum quo minus ex causa majoris superficie elaboratur, ueruntamen ita ne cohibeat ipsius circumductionē, ita nimis rū cōpactus orbibus fiat columella basim peniculatim habēs quadratum, longitudo sit mediocris, ut octo dīgitū. In superiori autē parte ubi orbēs debet accommodari ambitū habeat fistularem in cōcauō quadratū, & talem qualē exterior habet orbis effigiem. Columella autē extruatur in parallelo plano horizontali, sumptuāq; ambitum per meridianam lineam ut sit eius basis quadrangula, hęc linea examulū im bisfariā fecerit quadratū in duo parallelogramma, circulus autem meridianus habēs alterum intra se aptet in eius fistula, cōpingaturq; obnoxie, ut hoc manente in columella, qui in us circumactus sub ipsa profectū sine impedimento exhibeat, & annotationē partiū per extrema triangulorum deductoriū ad exteriorē ulq; circulum, & suis extremis sectionibus, quae in crassitudine illius conscientiam. Admittit igit; ur parallelū planū ipsi horizonti suppositis hinc & illinc, quibusdam ut tabula posita, in qua tabula collocare conueniat, quo in nullam dependeat, proclinetq; partē. Idq; fidē faciet si aqua infusa ibi fistulat de nulla effluens parte, tanq; sit cōcaua. Meridiana autē linea hoc fane modo capiās gnomone recto siāte in hac tabula, orbēq; descripto circa radicē gnomonis, tanq; circa centrum obseruantibus nobis, quādoq; ante meridiem extremū umbrę gnomonis, an in orbē cadat capiendo pūctum accurate, nūlbus quādoq; post meridiem capiendo identidem pūctum etiā per appositionem

appositionem emendata regulez conser-
ciendo rectâ lineam à puncto ante me-
ridiè sumpto ad id quod post meridiem
sumptum est, hancq; rectam lineam se-
cando bifariâ, & euidentem regulez appo-
sitione ad centrū circuli a bifariam fa-
cita lectione rectam lineam ducêdo &
producidendo ad circumferentiam usque
hix tibi erit linea meridiana ubique co-
gnomina, quoniam in meridiabus um-
bra, quæ à gnomonibus fiunt in ipsam
cadit. Expedit igitur columella in ipsa
collocare iuxta basim quam diximus fe-
ctionem, ponendog considerate quan-
do cauitas tota circuli interioris umbra
tur, idq; cum erit putes esse meridiem,
Solemp; esse in plano meridiani, atque
ita reliquum proterendo eum qui intus
est circulum species quâdo per utroq; prospexit radius cadat, & quâdocun-
que hoc fuerit speciari debet extremu-
m triâguli, quod magis meridiem spectet
in qua fuerit parte, & notari pars illa,
uel scrupulum debet. Si hoc fecerimus
Sole existente circa finem [* Grecas sa-
gittarij, & postremum signi obtinen-
te, ac similiter circa finem [* Palabit, au-
diuay, Geminiorum.] parallelorū, sumpe-
ritimutisq; partes cuiusdotitas sub extre-
mis triangulorū, quibus usi sumus gno-
monijs in meridiano circulo, habebi-
mus quam sit latitudo Solis obliquita-
tis, horumque dimidias sumendo in-
ueniemus quâdum uterq; tropicorum à
maximo parallelorū distans, id quod
erat propositum, ex quo sane liquet
mediâ circumferentia esse in prom-
ptu positam, polimque parallelorum
& obliqui orbis eclipticam. Hoc nem
pe pacto per instrumentum circumferen-
tia media inter iam dictos polos depre-
hensa est partium uiginti trium esse, &
primorum scrupulorū quinquaginta et
unius, secundorum autem uiginti, nec
dubium quin sit ea ferè lateris pentede-
cagoni in maximu descripti circuitu. La-
titudo igitur tanta esse obliquitatis me-
morata sit. Duplicando nanc; haſce par-
tes & scrupula prima, ac secunda omni-


no habebimus omnē solaris orbis obli-
quitatem per polos descripti inter pun-
cta duorum tropicorum suscepta circum-
ferentia, nam huius interuallum totam
definit signiferi obliquitatem. At quo-
nam sicut ſepetam diximus, & Sol, &
alii planetæ demonstrati, tametq; equa-
liter mouetur, non tamen in homocen-
tris ipſi uniuersitati moueri manifesto
eft, non dubiū eft quin Solis eccentricum
oporteat admittere, & eius à terra lon-
ginquissimam diſtantiam, & terra proxi-
mam, & aliquando celestis, quam ue-
rum sit, moueri uideretur, aliquando tan-
dius, at qua nam sit horum motuū dif-
ference percipitur geometrica demon-
stratione. Sit igitur eccentricus A B C
D orbis circa E centrum, uifus autem
noſter nō in E fed in F quo sit hoc etiā
uniuersi cētrum, nec sit differentia uifus
noſtri ad E centrum quandoquidem
centri et puncti rationem terra obtinet,
ut iam demonstratum eft, carecip con-
trouersia quando ab hoc dimidiā par-
tem spectamus signorum ſemper ſupra
terram, non signiferi modo dimidiā,



sed omnium maximorum orbium, tan-
quam ergo in cētro terre noſtro poſito
oculo non in ſuperficie F, igitur mudi
centrū erit, intelligat Sol, acta per utrum
que cētrū A E F C linea ab A apogio,
id eft, remontifimo in orbe, à terra loco,
motus in eccētro aequaliter per A B cir-
cumferentiam


cumferentiam, rectâq; quæpiam linea ab B centro eccentrico B B pariter circumacta cum Sole ab A ad B usque iungatur, ac connectatur ab F oculo, ad E. Solem ipsa F B non dubium futurum erit, quia spectantibus nobis in eccento A B per angulum qui est sub A F B præter Sol tantum moueri, quantum dictus definis angulus, verum non tanquam circa F centrum, sed circa E mouetur, ergo mouetur quantum definiat quis sub A E B angulus, qui circa centrum eccentrici est quod si idem sit angulus qui sub A E B & qui sub A F B nihil eos inter se distinxi dixerimus, animatum ab E an ab F spectemus, at quoniam maior est qui ad E angulus, quam qui ad F trianguli, siquidem angulus exterior est qui F E B maior motus existimabitur minori, dictum siquidem supra est in opticis, quod magnitudinibus oculo obiectibus angulos à maioriibus angulis maiores à minoribus minores apparet. Similiter si ab A consideres Solem, H moueri, cōiungâq; E H F H maior æqualis ille Solis enos indicabitur quād apparet in E is qui apparet in B, rursus producta B E in D intelligatur Sol A C motus in C D, siigitur ab E observemus æque videbitur motus ei qui est ab A in B æquales siquidem subtendunt à centro angulos. At quoniam ab F spectamus ipsum C D ambitum coniuncta F D existimabitur nobis tanta esse, quanta diffinit angulus, qui sub C F D qui maior est angulo q; sub C D E, qua remagis motus, quam utrum sit apparet in C perigio, id est, loco proximo terra, quemadmodum minus in A apogio differentia ubi quid est qui ad B angulus ipsius B E F trianguli, ubi autem ad D ipsius D E F, ad apogium igitur auferre expedit ex ea æqualitate, quo apparetiam inueniatur. Ad perigium autem apponere æqualitatē differentiā, quo rursus apparentiam comprehendamus, quia obrem primū nobis Solis motus æqualis inueniendus est quantus sit inde apparet, uel addendo, uel auferen-

do. In proposito, igitur quod est per ec centrum ita perpendiculariter differentiam æqualis Solis motus & apparentis. Expedit quoque per eam hypothesum demonstrare, quæ est per epicyclum, sit ergo homocentricus quidem circulus mundo A B C D circa E centrum in quo sit oculus noster. Sol autem mouetur non in hoc circulo siquidem non videbitur moueri inæqualiter in tempore in quæ æquali maiore, minoreq; intervallo, sed in alto mouetur orbe qui semper per centrum habeat in ipsius A B C D circumferentia, sicutq; F G H K circulus producta in ipsum E F linea recta, utsit F quidem remotissimus à terra locus moueatut itaq; epicyclus quidem G H K ab A in B circumactus ab A E recta linea. In eo autem Sol insidet A B F apogio remotissimo à terra loco, mo-



ueatur igitur epicyclus G H K ab A in B, circumactus ab A E recta linea in eo plane Sol insidet A B F apogio per eadem in G, in quo igitur tempore epicyclus motus est per A B circumferentia, ubi motus est æqualitatis motus epicycli qui ab A in B qui autem apparet Solis in epicyclo, q; est cōiunctio G E definita ab angulo qui est sub A B G angulo. Proinde apparetis æquali maior est rursus epicyclo ita posito Sol nō in ea dem

dem feratur, sed in G ab ipso apogio F certū est quod iuxta hanc hypothesim α quali exsistēt eo qui est ab A in B ap- parēt quidē sit quem definit qui sub A et E angulus q minor est α quali, quod etiam demōstratum in hypothesi q est per excentrū. Verū in illa quidē mo- tus qui ab apogio fuit maiorē protus apparēt α quale indicabat. In hac au- tem q per epicyclum Sole in eādem parēt delato in quam & epicyclus mo- vetur minorē α quale facit. In contra- rium autem maiorē velut in ea q per eccētrū. Hoc ergo commune amba- bus hypothesibus lumere conuenit, & in ea q per epicyclum est hypothesi, epicyclum quidē in sequentia moue- ri, stellam uero in epicyclo in partē con- trariam α que cito quo semper simul re- uoluuntur, couerlōneq; facient α qualia inēqualib; hoc est, ut epicyclo moto ad duo scrupula, uerbi causa, aut tria. Sol quoq; in ipso α que moueat, par- terē p̄ reuoluatur, & Sol, & epicyclus in orbe, in quo reuol, ut A B C D & Sol in F G H K epicyclo, ut autem ambas hypotheses reducamus apogio eādem semper habente distantiā à uilio nostro, pariterē periglio considerandus quidē fuit excentricus A a circa C centrum.



Oculus autē noster in D , α qualem ue- ro D C ipsi A E & circa centrum D & epicyclū in ipso B F , cuius apogliū


F periglio autem B cum sit talis posi- tio, manifestum quod in excentro mo- tus Sol, & in epicyclo erit à terra remo- tissimus in F propinquissimus in H cū in loco per diametrum fuerit, ut pro E fuerit in A erit epicycli apogliū, at pro B periglio in H , nam tum Sol erit in H quod erat periglio, & ipsius A H epī- ci. Hoc autē maioris perpicuitatis cau- sa hypothesi ponatur nullā sibi uen- dicare differētiā Solem apogiorum, perigiorūq; causa ex his erit manifes- tum medium inter bina centra, & qua- lem habere rationē à centro ad circum- ferentiam usq; epicycli, unum enim & idem esse uidetur ad apogium intervalum per utramq; hypothesim ab oculo nostro, quare necessario quz̄dūm uide- tur quam rationem habeat, quod est mediū inter bina centra, ut C D ad eam q est ex centro eccētri, nam eadē erit ratio, & ex centro epicycli ad eam q est ex centro homocentri per mediū si- gnorum, α quales liquiderunt, quas ex cen- tro eccentrici, & homocentri, ut A C & E D ut sit remotissimus à terra il- lud idem, ut dicebam. Hanc ergo ratio- nem quēsierunt, & geometrī rationi- bus inuenierunt, quas qui longius scire uoluerint legat mathematicā magnam constructionem. Ptolemaī, non enim cūcta hic prosequi nostre institutionis est, sed quid id sit indicare quod quā sie- runt, et quomodo inuenirent. Prīci ma thematici suggestente Deo lumen in re nebris, & quā apparet errantia syde- ra non essent, quod suos, ac perpetuos ordines, ut par est, diuina facere sequā- tur, quare demōstrant quidē mathema- tici pluribus demōstrationibus meditū, quod est inter bina centra uigilimam quartam esse partē eius q est ex cen- tro eccentrici, & perinde etiā q est ex cen- tro homocentri eclipiticæ, candem ra- tionē ēdiuero habeat uigilimā & qua druplicam eius q est ex cētro epicycli. His autē ita expositis reliquā est, ut in- tueamur ubi remotissimus est solis à ter- ralocus, et ubi p̄ximus nobis, hoc est, in qua signifient parte, & horū utrumq; an semper

an semper in eadem, an mouetur sicut
& in alijs, ad hoc inueniēdū prius ca-
ptū necessariū uidetur quis demū sola-
ris circulus sit, hoc est, ut inuenias quan-
to tempore Sol ab eodē pūctō ad idem
pūctum ex amissim perueniat non ab
non errantibus, id est, fixis stellis obser-
uandi sumentes auctipū conversionis,
mouetur siquidem etiam illz in sequen-
tia. Prinde si ad has conversiones ca-
pias, uelut verbi causa si cor Leonis spe-
cies expedit nō modo solarem orbem capere, sed etiam cordis Leonis motio-
nem in anno, & hoc in cōsequentia mo-
ueatur centesima portione unius partis
partem ne intelligas tricenam sexagesi-
mam ecliptice, sed interallum ipsius quantum
Sol & qualiter in unaquaque
universitatē ponitur cōversione ab oce-
casu in ortum suo motu, que uel etiam
institutum deprehēsa astronomis tri-
cena sexagesima quinta ferē pars, iōq̄
manifestū iam omnibus ab ea conuer-
sione, quam ab eodem pūctō ad idem
pūctū facit, nam mathematici non tri-
ginta sex milibus annorum solum aīt
talem signiferū circuli cōversionem fie-
ri, sed triginta sex milibus quingētis ui-
gintiquinq̄, nam si circulus signiferū fin-
gulis centum annis mouetur ab occasu
in ortū eiusmodi partē, quantū penſiu-
latim est tricena sexagesima pars ecy-
ptica, & non quantū doli per se moue-
tur, ut diximus ab occasu in ortū in una
quaep̄ cōversione universi per triginta
sex milia annorū debuit huc fieri con-
versio, at quoniam demonstrat huius-
modi cōversationem fieri, nō ita, sed per
triginta sex milia annorum quingen-
tos uigintiquinq̄ non debemus signife-
rum orbem dicere in annis centum ab
occasu in ortum moueri, quantum tri-
cena sexagesima pars ipsius est, sed illā
qua aīt moueri Solem ab occasu in or-
tum suo motu unaquaque cōversione
universi, nam cum Sol & qualiter suo mo-
tu in anno cursu signiferū circulum ab
eodem pūctō ad idem pūctū diebus
peragat trecentis sexagesita quinq̄, & fe-
re quarta parte diei. Stergo totiens cen-

tum ceperimus, &c ad quartū ipsorum
100. hoc est, habebimus ad unguem
annorum trigena sena millia quingen-
tos uigintiquinq̄, nam quoniam talem
solarem accipimus partem, per centum
annos signiferū circulum ab occasu
in ortum moueri quarta pars per uiginti
quinquę annos modeatur necesse est, ut
ergo redeat unde exiuit oratio expedit
autem mathematici insignes ad tropica
puncta, atq̄ sequinoctialia cōversionis
obuolutionē spectādam Solis in quam
& reliquorum planetarū, tanquam in
mobilibus exiliētibus tropicis, ac & qui
noctib⁹, hoc nempe quidam autem,
arctēp defendunt, tūc si alij usum tro-
pica moueri nō certe per uniuersum or-
bem, sed utrinque aliquot partibus, &
rursum redire in eadē, ad huc igitur ut
pote immota obuolutionē dirigit in-
ueniendo rēpus in quo Sol ab eodē pun-
cto ad idē recurrat, ut ab tropo ad eandē
tropen, uel ab sequinoctiali ad sequino-
ctialem, eandem partem 365. diebus, &
quasi quartū unius diei parte, quando
quidem tricenam ne sit absolute deesse
partē uolunt, quare annus quidē Aegy-
ptius non coniectat quartum, ut singu-
lis quatuor annis, dies una adiūcia, ut
sex faciat dies, sed eam quartam mensis
bus inferit, qui autem quas diximus se-
quuntur obuolutions, non modo in
ter quatuor annos unus constituunt
365. dierum, sed etiam intra [* Proclus ha-
bet, τριακούς, trecentos.] tricenos annos
unū non apponunt diem, quod [* Pro-
clus habet, τριακούς, trecentos.] tri-
cima pars singulis annis desit. Hoc igit-
ur ex obuolutionibus assumentes au-
num Solis tempus, inueniunt aquale
diurnū ipsius motum multitudinem si-
gniferū partium diuidēdo iuxta tem-
pos multitudinē, & quoniam annua mul-
titudō est 365. dierum, & 15. primorum
scrupulorum, ob 4. non perficiens, sed
ad 12. secunda ob [* Proclus habet, τριακούς,
trecentos.] tricenam partem,
nam si adhibita proportionē diem feci-
mus una parte fieri, prima quidem texar-
ginta unus diei cuncta sexagesita, quo
rum

sum quarta pars 15. secunda uero sexagesima sexages sexaginta . Horis autem [* Proc. habet, 7; uterque autem, trecentesima, quod significat trecentorum .] tricentum duodecim, ponde erit quarta pars diei facti in proportione ad partem 15. primorum sexagesimorum [* Proc. legit, tria et nonas, trecentesima .] tricentum ablatum, quod est 12. secundorum relinquitur quartam esse huius reliquiam 14. prima, & 48 secunda ab uno primo duodecim secundorum ablatorum, ad hoc igitur multitudinem partientes partes unius conuersiois 50. ratione inveniuntur et ualeat diurnum motum non perfectum partis unius, sed primorum Ierupulorum quidem 50. et 9. Secundorum autem 8. & tertiorum 17. Et quartorum [* Proclus sic quidem, Ptolemaeus vero 13. habet .] 10. [* Proclus habet, regi uirum, et sic, et quatorum, sed numeri 10. habet, qui est in Ptolemeo, duodecim.] & sextorum 32. atque huc usque sub divisionem sexagesimorum producent, quod septimum rum, & adhuc brevitorum diuisio sub sensu non cadat. Hunc igitur diurnum et quam motum capientes Horizone Horum habebit uiginti et quartum diurni capientes, at menstruum diurni triginta pluma inuenientere. Demostro vero ab eiusmodi rationacionibus annua multitudinem tempore, & diurno, & menstruo, & horizo rursus ad obseruationes ueniendo (cuncta siquidem ab ipsis descripta, aut obseruationes sunt, aut rationaciones et ab obseruationibus, aut demostrationes geometricas, quas apodixis grammaticas vocant, aut hypotheses solum) spectant atque adeo cernunt, ut plurimo tempore transit Sol ab Ariete ad Cancerum, quartam partem, Breuissimo autem hunc oppositam, quae est a Libra, ad Capricornum. Reliquarum porro in minori quidem a Capricorno ad Arietem, in longiori autem a Cäcro ad Libram, atque hanc quidem obseruando rursus considerarunt, in qua nam demum duodecim partum, quam dodecatemorū latini grecā appellatione uendo vocare non fornicarunt, quatuor plutinū temporum sumat, & in quo minimum, id est ad

examinatam deprehensionē producent, quadam obseruationibus, quedam geometricis linearibus in quam insitū tonibus demonstrant apogium quidem esse solaris circuli partium, ut quidam Geminorum 4. ut alij 10. ut alij unius & primorum sexagesimorum 30. Perigion autem Sagittarij tantundem, & quoniam ut tam dictum est per ipsas easdem perpetuas positiones spectarunt maximos, minimosq; Solis motus manere ipsis apogium dixerunt, & perigium, non ut que in alijs signiferi sectionibus, uel apogium, uel perigium unquam Solem facere. His igitur inueniunt, poteris etiam facere tabulam, quae possit demonstrare sine errore Solis motum. Sit namque tabula satis ampla, de qua uis materia signiferum habes descriptum orbem in suas diuisum partes A B & partes in sexagesima prima, & haec in secunda, & quoad potueris partibus maioribus lineis definitis, unde sexagesimis primis & secundis, portionibusq; adhuc minus tibus, & capiendo apogium & perigium demonstrata partem, ut Geminorum 4. & 30. prima minuta, & Sagittarij tantum scribe horum diametrum, & dispe scens diametrum centro discute à centro parte una dividendo in 30. et quales partes eam quae ex centro, & hanc qua-




driplam, & uiginticuplam capiendo, haccen centro uisu circulum facito intra eclipticam E F. Is namque tibi erit circa quem Sol mouetur, & capiendo quae nunc

Qq

nunc est positionē Solis ex diarijs, dispelice etiam eccentricum in partes 360° . & partes in scrupula, & scrupula prima in sexagesima quatuorū portueris, poneq; Solem in ea quā sic est positione, & habendo diurnum eūqualem motum Solis uniuscūlū dīcētū sumendo ab ecclētro, iniuinge à centro eccliptice punctū, in quod inciderit diurni & qualis motus acceptio, & cīcēdo quoad impreſſe tibi ecclipticę appositionis regulę examinata habebis in illo apparētem positiōnem, ut in descriptis circulis si capiasq; Sol sit in H pūctō, coniungendo D H, & producas ad ecclipticam inuenis K punctum, numerasq; ab apogio partes quantū abit ab apogio. A scrupulāq;, habesq; ubi Sol iuxta positionē ipsius, notatus namq; est qui per media signa orbēs in duodecimū que distributus partes, & partes ex aliis, & partium illarū sexagesima prima & secunda, & quā dividit hinc potuerit iuncturasq; factio, ita ut possis eas delere singulas, & alias adiungere, ut Soli duo orbes figatur in tabula, & ipforū sectiones, & ratio ecclētroris. Est igitur ut uides simplicior hypothesis, quae per eccentricum. Demonstratur autem etiam ut si quis proponat hanc hypothesis, quae per epicyclum, & ut hac rursus propolita, quae per eccentricum ostenditur per accidētē, quae de stella descripta est, quae præcepta etiam habet uenustę tradita ab Hilarione Antiocheni. Sit namq; homo centrus ecclipticae ab C D & ad rectos inuicem angulos sint diametri A C & D B, & circa A B C D centra descriptibantur epicycli, iijp; ipsi & quales inuicem inter se, sicut quando stella in remonstissimo à terra loco in E, & epicyclus in eadē recta linea in qua apogium, quæq; in ipso est epicyclo stella, & epicyclus in homocentro & que celeriter, sicut que similes in quatuor parts scilicet distatę, igitur quantum epicyclus in B & stella in K parte quartā mota fuerit in K, ipsius epicycli per accidētē erit descripta circumferentia à stella E K, rursus mouant similes circumferentias, ut quartas partes, sicutq;

epicyclus quidem in C & stella deuoluta per K N sit in N, describet porro per accidētē K N circumferentiam, eritq; mota hemicyclū & hemicyclū descru bendo E K N similiter etiā quartā par te mota, epicyclus erit in D, stella uero in S itidē eius quæ in epicyclo scriberitq; N S circumferentiam, & alia quartā parte mota epicyclus resolvetur in A, stella autem in E describendo se circumferentiam, quodq; sub motu stellæ describita circumferentia circulus sit manifestum est quoniam eorum quæ in sphera mouentur factæ lineæ sunt circuli, quae circulus est E K N S, aio etiā eum esse eccentricum, & qualemq; homo centro A B C D. Coniungantur namque K B & S D, similiq; diametri epicycli K B L S D T coniunganturq; K S & L T sectiones faciēdo M O Q in A C, quoniam igitur quartæ sunt partes K N S & N S etiam quæ ad B & D centrale, sunt, sunt paralleli K B L & S D T suntq; & quales, que autē parallelos & & quales iungunt, & qualesq; rursus sunt, et paralleli. Parallelig; sunt K M




S & B O D & L Q T, & quoniam K O & O S sunt parallelogramma, suntq; & quales B K & K M & O M & M S, & rursus B O & O D & O N & quales, nam ex centro homocentri sunt, ergo etiam K M ipsi S M est & quales. Rursus quo niam

niam K & B ipsi M O est aequalis, at K & B ipsi E A, ex centro enim utraque epu cyclo, ergo etiam ea ipsi M O est aequalis. Communis apponatur A M, totaigitur E M ipsi A O est aequalis, & quoniam A O ex centro est homocentri. Demonstratur est etiam utramq; K M & S M aequalē esse ei quae est ex centro homocentri, ergo utramq; ipsarū K M & S M aequalis est ipsi E M. Tres igitur aequales sunt, quare centrum est M ipsius E K N S circuli, etsiq; homocentri centrū O, proinde E K N S circulus etiam ex centris, & aequalis homocentro, & que inter centra O M aequalis ei que est ex centro epicycli E A, descriptus q; est ex centris a motu stellæ, que est in epicyclo, que autē in eccēto mota est stella per accidens describat epicyclū in homocentro ipsi ecliptice subter delata ad cōsequētia, demonstrabimus hoc plā ne modo, si namq; eccentricus est K L & centrum ipsius M & homocentri H & diametros E A M H C, mouetur stella in excentro verbi causa in circūferentia E K, & coniungatur à centro ipsius eccentrici M ad K, M K & per K cētrum homocentri parallelus agatur ipsi M K F H sicut aequalis F H ipsi H E, & ponatur M K aequalis ipsi H B, quoniam igitur aequales sunt que ex centris, hoc est, H B & M K & paralleli, ob hoc etiam coniungentes ipsas aequales & parallelerū, hoc est, B K & M H, & quoniam E M & H A aequales sunt cōmu-

nis auferatur M A. Reliqua igitur M H ipsi A est aequalis. Proinde etiam B F ipsi H M est aequalis, atqui etiā B K, ipsi M H, aequalis ergo B F ipsi B K erit aequalis, in cōtrō igitur B intervallo autem B F descriptus orbis ueniet per K, eritq; K L F aequalis descripto centro quidā A, intervallo autē A E, quoniam parallelogrammū est K H & contrarij anguli sunt aequales, & rursus uterque extrinsecus & cōtrarius. Tres ergo anguli sunt aequales, hoc est, F B K & K M E & B H A sūnt cōad centra. Proinde etiam circūferentia, in quibus ierunt similes sunt E K & A B, necnon epicycli F K, quare & tempore aequali Sol in & communis sectionis epicycli & eccētri apparet, & epicyclus in homocentro, & quanto mouetur eccentrici, tanto etiā F K epicycli apparet, ac sicut ab A centrū suum epicyclus in B transfert. Demonstrata autē hypothesis, per quam aequaliter morus Sol uidetur inqualiter motus, qua nam differentia aequalitatis ad apparentiam canones docent, & quando auferre cōueniat ab aequali, quo apparentiam inueniamus, que maior sit, & quādū id sit quando quoq; addere differentiam, utpote que minor sit hāc consueuerunt prostaph̄tres, id est, aequationē nominare apparentē inuenimus Solem. Demonstratur autē quod etiam maxima differentia est aequalitas & apparentia in hypothēsi que est per eccentricū, quādū à usu nostro ad apparentem Solem uenerit ad rectos angulos ipsi diametro ei que est per utrumque centrum. In expōto que est per epicyclū cū à usu nostro rursus ad Solem contingit epicyclus, & quādū ab apogio ad perigion uenitur, uel in eccēto, uel in epicyclo, & quando à perigio ad apogium in utrāq; hypothēsi. Rursus quod differentia adiūcere expediat prorsus perigij motu, quod minor sit aequalitas & apparentia. Auferre autē ex eo q; est ex apogio motu, propterea q; econtra maior aequalitas apparentia sit demonstrata. Tradita de Sole hypothēsi deinceps nobis ad Lunam longe magis uariam deuenientum, cuius hypo-

Qq² thesū




thesim paucis & commode complecte
tur, quæ Solis sequitur rationem.

De Luna. Cap. III.

PRIMUS itaq; in Luna quoque capere obliquum orbem conuenit, & inuenire quantum ab ecliptice latitudine distet, ut inuenimus quantus eclipticam deflectat in aequinoctiali, inuenit faneq; dioptria expedita instrumenti in utramque partem ecliptice Luna ad septentrionale inquam atque australiter deflecti latitudinem succedens ad quinque partes & triginta scrupula. Si ergo norimus q; hanc puncta descripsi maximu[m] circulu[m], erit is homocentrus signifer. Per hunc autem Luna, que obliqua ad eclipticam spectabilis per latitudinem moueri, aut in septentrione per signifiter propensiorem, aut in australe euader. Moueatur utiq; etiam hic circulus, non in consequentia, sicut Luna, sed in antecedentia, sed moueatur non per eadem puncta ecliptici eam lecas, non enim fieri potest manentiibus cojunctionibus in praecedentia fieri motu, sed attrahit, ut modo in alia modo in hec puncta fecerit eclipticam, perinde atque si cogites orbem binos, & unum eorum immobilem, & alterum mobilem, et in eadem cauitate superficie tractam, ac de latam circa omnem illius circumflexum, is sit obliquus orbis exhibens eclipticas, quan docuimus in cojunctionibus ipsius ad eclipticam circa cojunctiones, uel coitus, id est, silens Luna, aut plenilunii fit, & ob hoc cojunctiones uocantur eclipticas, tum enim in una recta linea ad centrum eclipticam sunt lumina, ad quod uelut est noster, nam non est punctum aliud commune ambobus circulis praeter hanc, utroque autem ad eclipticas opus est, quod Lunæ alter quidem est, alter vero Solis est circulus, quibus utriusque eclipsis ambobus egit. Hac minima certa moto hoc obliquum orbe, quare & sunt eclipticas singulam annis & ecliptica fieri tum necesse est in praecedentia transiit, & huius circuiti diurno motu eclipticas prædictis tribus propemodum primis scrupulis. Hoc rufus obliquum ad eclipticam exiliens noris circuitum ec centrum in plano obliquum, ac si uelut ras

tionem eccentricotetris nosse atque deprehendere, à centro eccentrici huius cūdem posse partibus 40. & sexagelinis 41. qualium est inter binas ceteras partias 10. & primas scrupulorum decem & nouem, motum tuncq; hunc in antecedentia considerato, sicut priorē in eius eli piano, motum autem no[n] circa suū centrū, sed illius obliquum inquam, id nāq; eclipticē est, at diuinus eius motus partii quidē est undecim, primorum uero sexagelinorum nouem, atque deinceps in hoc eccentrico modo hoc modo considera epicyclū in eius circumference centrū habente atque delatus in consequentia, cūq; circa significari centrum, ut eccentricus, cuius diurnus motus per conversionem ambitus Lunæ inuenitur partii tresdecim, & primorum scrupulorum 14. per autem obliquum orbem, in cuius eli piano, & eccentricus, & epicyclius in antecedentia delatus, ita ut in diuersum feratur epicyclus, & eccentricus tria scrupula, quibus ipse mouetur contingit epicyclū in diurno motu esse partibus 13. & scrupulis undecim tribus sublatis ab obliquitate circuli Lunæ ad motum contrarium, in piano igitur oblique eccentricus ponatur delatus, in eademq; & obliquus & circa idem centrum. In eccentrico autem epicyclus in consequentia motus, &

Obliquitas partis $\frac{1}{2}$



Centrum
et eccentrica



Obliquitas partis $\frac{1}{2}$

semper centrum habens in eccentrici circumferentia quatenus transponitur circa eccentrici circumferentiam. In ipso autem epicyclo, postea Luna intelligat motu, motu contrario epicycli, ut pote in antecedentia. Sunt autem harum multipliciter impletionum


xionum

xionum hypothesum causar, quæ post paulum indicabitur, cū tam dictos orbis exposuero descriptione. Sit itaq; ecliptica quidē orbis per quā Sol mouet, Sol a B circa E centrum, huius autē homocentrus, & obliquus ad hunc, in quo Luna mouet, [* Procl. habet, ut & in aliis laminationib;] longitudine C D cuius non du biū quin [* Procl. addit, τις κατεύθυνται προς την απόστασιν της οὐρανού, id est, idem] centrum E in his vero plane eccentrum F H centrum in huius sit plano. Eccen trus autē F H in quo sit epicyclus G K. Moueatur itaq; C D in precedētia circa E centrum, & F H circa idē, at G K epicyclus in sequētia, & Luna in G K ruitus in antecedētia. His namq; receptis, confessisq; cōgruet apparetur & omnibus æqualiter motis, inqualis erit usq; circa Luna motu, hypotheses igit̄ huiusmodi intelligentur, quarat uniuscuiusq; opportunitatem paucis expedīt cōpere hendere. Quoniam igit̄ Luna in latitudine moueri cernitur, et eclipticā prētereire ipsius orbē obliquū ad solare circulum ponere necesse est, & quoniam eclipticas intuēdo nō in eodē singulis annis, neq; tanq; in cōsequētia mutationem suscipientis, ut in Ariete primo, inde in Taurō, inde in [* Procl. legit, διάβολος, Gemini] Parallelis, sed contra lumperū oporete Luna obliquitatē facere coniunctionē transpositionē in antecedētia, nam propterea eclipticas debet circa cōmūnia pūcta solaris circuli, & lunaris accidere, quoniam igit̄ cernebat Lunā quādōq; plurimū moue-

ti, necessario duxerūt, aliquādo à terra remotissimā, quādōq; terra proximam esse, id ppterēa sicut Solis, ita etiā Lunæ epicycli motū tribuerūt. At quoniam circa apogia maiore & qualē apparet obseruariūt Lunā in epicyclo moueri in diuersum ab epicyclo posuerunt. Id nāc etiā in hypothēli solari expositū est, at quoniam uidēbat paribus pūctis epicycli Lunā nō æquales admittere differētias equalitatis & apparentiaz, id ab eccentro fieri, ut demonstrauimus in quo epicyclus fertur, quādo ita possit accidere, in homocentro autē nō possit inducere coacti sunt motū per eccentricū, itaq; eccen trepicyclū posuere in quo Luna defera tur homocentro cōstituto ratione Luna circuli, in quo fertur epicyclus æquales faciūt accedili Luna in pūctis paribus differētias, eccentrici autē inæquales hoc modo demonstrat, sit homocentrus ipsi eclipticæ, ac circa centrum E & epicyclus F G circa centrum a aliquando circa C sitq; Luna in [* Procl. addit, στοιχίῳ] punctis paribus in utroq;, ut & que distet ab apogio F & cōiungantur E G, A G superne, nec nō inferne G C; quoniam igit̄ & G eadē est in utraq; epicycli positione, qui sub F A G æqualis est ei qui sub F C G, & perinde erit æqualis qui sub E A G ei qui sub E C G. Sunt autē etiā B, A, E C æquales, & A G, C G, æqualis igit̄ etiam qui sub A E G ei qui sub E C G, & qui sub A E ei q; sub C G E, atqui erat




tur Borrolybico, hoc est, Caureo triangulo, quod est Y & Q & P, dominos habet conuenientes Z & O uespertinos. In hoc totæ gentes ha nomi nantur, Britannia, Gallia, Bracata, Germania, Baſtarnæ, Italia, Gallia togata, Apulia, Sicilia, Tyrheni, Celteca, Hispania. Atq̄ in his gentibus cōsequenter hi mores animaduertuntur, uint ob principatum trianguli sui & dominatores illius impallentes regni & amantes libertatis. Armorum bellisque studiosissimi, patientes laborum, praestant, mundiciz, fortitudinis sciatores. Propter uespertinum autem habi tum Z & O propterque suum triangulū accedit his ut prioribus partibus viriles sint, posterioribus effeminati, & mulierum amore non tangantur, eā pidi mascula Veneris & hac in parte zemulatoris, neq̄ hoc apud illos uitio, datur ulli, neque molleducitur, quod hoc ipso animi illorum non perturben tur & quasi laborent, sed retineant nihilo seculi usum uirtutis, amicizie, fidei, cura rei familiaris, beneficētiz. Harum ipsarum regionum Britannia, Gal lia bracata, Germania, Baſtarnæ, proprie subiunt Y & stellæ Martis. Itaque harum incolæ sunt cōmuniter feroce, peruvaces, truces. At Italia, Apulia, Gallia togata, Sicilia, Q sub ecclz & O, praefatæ, benignitati, amicitia studet. Tyrheni uero & Celte Hispaniq̄ cō mendati cum P loui libertatis, simplicitatis, mundiciz sunt amatores. Reliqua loca huius quidem quadrantis sed uer gēta in medium totius terra, Thracia, Macedonia, Illyricum, Græcia, Achæa, itemque Crete & insulæ Cyclades & maritima loca Asis minons ac Cyprus, declivia de quadrante suo ad Vulturnum, adiunguntur etiam triangulo hoc Vulturū quo comprehenditur V & P, & gubernatricibus stellis Q ac Saturni atq̄ insuper etiam Z. Quapropter horum locorū incole magis sunt & corporibus & animis compositi & temperati. Ex ipsisane præstante cupidi, fortes, regni osores propter Martem,

musicæ autem & studiorum, libertatis cupidi, legum institutorumque suorum tenaces, populari imperio gaudentes, latores legum, que à Z habent. Certamen num & mundicę studiori à Q . Amicitia, hospitallatia, iuris, literarū, eloquētū cultores, à S . Idē arcatorum sacrorum & initiorum institutores de Q uespertino habitu. Rursum ex his peculia inter pertinent ad Y & Q maritima minoris Asie loca, Cyclades insulę ac Cyprus, ideoq; ferme uoluptatibus, mundicę corporis seruunt. At Greci, Achili, Cretenses, subditū M & Q ingeniosiores & doctiores & animorum cultores euaserūt. Macedones autē, Thraces, Illyrii cum subiiciantur P ac H , in re quidem paranda non inertes, sed à manu studiorum & cōiunctiōnibus alieni. Secundi quadratis que pars est Australis magnæ Asie, loca in quibus India, Ariana, Gedrosia, Parthia, Media, Persia, Babylō, Mēopotamia, Assyria, spectantia Vulturnum in totius terræ diuīsione, conciliantur & ipsa merito triāglo Notapeliotico, id est, situ inter ortum & meridiem Y & P . Gubernanturque à Q & E de oriente. It habitu. Quare & naturas illorum hominum cognoscere est huiusmodi dominationi conuenire, nam & Veneris numen adorant, uocantq; Išu, & Saturni, itemq; Solis quē Mītram nominant. Multi etiam horum futura p̄cīnunt, nec non & pudēcē ab his partes cōscrantur, que efficiuntur ab habitu praesitorum stellarum seminalium. Ipsa natura sunt flagrantes concubitus, reisque Venerex appetentes. Saltationes his & tripudia cōptusque cordi à Q , delicatusque uictus à Saturno cum minoribus propterea non in occulto conseruent, propter habitum orientalem, sed masculam Venerem odere. Neque pauci ex matribus liberos suscipiunt, & peccore supplices gesius edunt propter matutinum ortum, & congruentiam cordis p̄fstantis cum ui Solari. Vestitus ferē ornatusque & corporis delicijs effuminati à Venere, animis

autem consilijsque excelsis, fortes, bellicosi, eo quod Satur. cum habitu orientali congruat. Sed peculiariter sunt Z Venerisque magis Parthia, Media, Persia. Qua de re & harum regionum incole florido uestitu utuntur, leque totos illo preter pectora opperunt, delatoque uictus ac mundicę dant operam. Virginis & Mercurij est Babylō, Mēopotamia, Assyria, quibus ideo & eximia Mathematicarum disciplinarū cognitio & obseruatio siderum contigit. Saturno uero cedit proprie India, Arriana, Gedrosia, habetq; eā ob rem cultores deformes, feodos, immanes. Media huius quadrantis loca in diuīsione totius terræ, Idumea, Cœloſyria, Iudea, Phoenice, Chaldea, Orchinia, Arabia felix, recedunt à suo quadrante ad Caurum qui ponitur inter septentriōnem & occasum itaq; & Borrolybico triangulo cōciliantur quod est Y & P cum dominis Z & O , quibus communis Q adiungitur unde sunt ad mercatas facientes alijs aptiores & calidiores, in formidine cōtempores, infidiosi, animis serilibus, omninoq; instabiles pro stellarum pr̄positarum figuraō. Est autem Cœloſyria, Iudea, Idumea, magis in & Y Martisq; ppria, ob eamq; rem incolas habet ferē audaces, impios, infidiosos. Phoenices, Chaldei, Orchiniū sub Z & O sunt, qd simplices, humanos siderū obseruatores, inque primis Solis ueneratores reddit. Arabia felix subest P & Z unde extitit illa confitance appellatione feracitas & copia aromatum, et hominū dexteritas & liberalitas uitę, contractuum, negotiorum. Sequitur quadrantis tertij lep̄tropicalis pars Magne Asie, cuius superiora loca continent Armeniam, Hircaniam, Mattianem, Baſtra, Caspiam, Sericam, Sauromatas. Oxianem, Sogdianē, queq; alia in diuīsione totius terę speciat Aquilonē, qui est inter Septentrionē & orientem locus. Hę regiones igitur cōciliantur Aquilonari in angulo H & M . Gubernatores autem h̄ atq; Z habitu orientali, Harum itaq; incolg

incole Louis & Saturni numina uenerantur, sanctis ditissimi & auro abundantes, uictu mundo & confuetudine honesta, sapientes, magi, periti rerum diuinorum, moribus ad liberalitatem & iusticiam compositis, animo magno, fortis, osores improbitatis, ita natura quodam instinctu amantes fuorum ut pro ipsis ne mortem quidem oppere dubarent, respectu decoris ac pietatis. In usu rei Veneris moderati & puri, uestitu sumptuosi, benigni, animo sublimi, quod terē & iupiteris stella orientali in habitu conficit. Ceterum ex his Hyrcani, Armeni, Matiani, ppri referuntur ad ♂ & ♀, itaque & sunt mobiliores ac subimprobi. Bactrianæ gentes & Caspiæ una cum Sericis = parent & ♀, indequæ diuitias congerunt, Muficæ deliciasq; indulgent. At Sauromatæ, Oxiang, Sogdianæ subiectiuntur = & ♂, habentque homines immanes, terribiles, feros. Reliqua huius quadratū & in medium totius terræ decidua loca, Bithynia, Phrygia, Colchis, Syria, Comagene, Cappadocia, Lydia, Cilicia, Pamphylia descendunt à suo quadrate ad Africum qui est inter occasum & meridiem, inciduntque in Notolybiæ cum triangulum ☰ in X, dominante ♂ & ♀ cumq; his ☰. Hincille gentes ferè numen Veneris adorant, multis uarijsq; linguis uocabulis ut Matrem deum celebrantes, ipsum Martem Adonin rursumq; aliter appellant, hisq; diuisi cum questibus initia habent constituta. Sunt aut perimprobi & animis feruilibus, laboriosi, mali, impliciti expeditionibus mercenarijs, belligerationibus, rapinis, predationibus, ipsi multo se se subigantes & uastationes sibi ipsis bellumque inferentes, quæ omnia à ♂ & ♀ orientali concurru proficiuntur. Quoniam autem in ♀ triangulari signo 7 altitudinem habet ♂ & in huic item triangulari signo X ipsa ♀ extollitur, sic ut illis in locis summa benevolentia & charitate maritos suos sciemus complectantur, domiç custodes sunt & operū studiose, famulatio-

sedilitate, obedientiam commendabiles. Ex his Phrygics, Bithyni, Colchi pertinent, magis ad ☰ & C. Quo sit ut uiri ferè leues sint morgenisi mulieribus. Contra harum pleriq; de C orientali masculinitate, uiriles, imperiose, bellatrixes, ut Amazones perhibentur, fugientes uirorum, gaudentes armis, ad utilitatemq; foeminnum sexum instruentes ab initia, dextra mammas amputatio, quo habiliores ad subeunda belli munia fiant. Has etiam partes corporis nudare solent, ut in rebus gerendis muliebritatis omnis opinio amo uetur. Qui uero Syrtam tenet & Comagenem, & Cappadociam subdūnit in ♂ & ♂, itaq; multum audenter, improbi sunt, intidiosi, laboriosi. At Lydi, Cilices, Pamphylia cedunt X & Z, sumptuante paranda attentiores, Commerce & mercaturas faciunt, liberales, faciles in contractibus. Restat quadratis Libyes, ut appellat, in quo sunt Numidia, Carthago, Africa, Phyzania, Nasamonitis, Garamantis, Mauri, Getulia, Metagonitis. Huius situs in divisione totius terre est ad Libonotum, id est, Africum inter occasum et meridiem, cōciliaturq; Notolsbyco triangulo ☰ in X, regitur que conuenienter à ♂ & ♀ habuit uespertino. Ex quo apud illas gentes uita multum uenit ut uir ac mulier, aut frater ac soror una matre geniti regnum teneant, sic quidem ut uir uiris, mulier mulieribus presit, & hoc in successionibus seruerut. Calidi ibi sunt homines, prolixi in muliebrem Veneris, raptores cōtingum. Ibi multis in locis cū nouis nupsi primi sunt regis cōcubitus. Alicubi etiam est mulieri inter omnes cōmunitas. Magoni fiant autem admodum & muliebres mundos gestit, quod à Venere habet. Non deest tam animorum illis promptitudo. Sunt nonnulli improbi, prefigiatores, peruersi, temerarij, obuij discriminibus, idq; à ♂. Rue sum ex his Numide, Carthaginenses, Afri debentur ☰ & C, & hac de causa à coniunctionibus commerchisq; non alieni sunt, inq; omniū rerum affluentia degunt,

degunt. Sed qui incolunt Metagonitida, Mauretaniam, Getuliam, Scorpio orbem, et Mar. immanes, bellicosi, carniuori, discriminibus obvii, neglectores usq; in se mutuo inuidentes. Phizani, Nasamones, Garamantes subiecti & libralibus sunt & simplicibus moribus, opus faciunt, consilios uiter, sordium regnū fugientes, propter Iouem, Ammonis ueneratores. Huius quadratis media loca in totius terre divisione Cyrenaica, Aegyptus, Thebaea, Marmarica, Oaſis, Troglodyte, Arabes, Afania, Aethiopia media, a ſuo quadrante uera ad Aquilonem subeunt & ſub Borapeliotum etiam triangulum & dominos Sat. ac T. infupei Mer. Vnde gentes hepro communis stellarum uespertino imperio Deorum ſunt reverentes, ſuperſtioſi, ſervientes Diis, eulatores, mortuos ſuos occultates terra & amouentes eō poteſti, propter uespertino habitum, intutis & ritibus uarijs, neq; uno cultus numini genere utin ut. Parent humiliter, cumq; metu & abiectione ac patientia, Imperant animoſe & magnifice. VIII plures uxores, ſoemine maritos habent. Cōnubia appetunt, cumq; foribus coniuncturant. Virorū in gignendo magna efficacia, in cōcipiendo mulierum luxuriantur, ut in regione accōmo data generationi. Multū ibi uiri putidi & animis muliebris reperiuntur. Alii qui & in partes genitales graffiani propter maleſicarum ac Venetiis uespertinam ſigurationem. Ex his Cyrenarum Marmaricæ inq; primis inferioris Aegypti incole alſcribuntur proprie II & Mer. ideoq; ſunt cogitantes, prudētes, intelligentes rerum omnium ſed maxime ſapientes & diuinitatis, magi, arcanorum initiorū institutores, in Mathematicis planè excellentes. Qui Thebæ de tenet Oaſis, Troglodytæ ſunt ac ♀. Vnde calida natura eſt illorum et mobilis & in abundantia degunt. Arabes, Azani, Medij, Aethiopes dantur & Sat. Sunq; carnivori ac piciuori & pastores, Agrestes & feris similes

agent uitam. Ac conciliations quidē stellarum signorumq; cum certis gentibus communesq; harum proprietates designant à nobis breuerit ad hunc modum ſciē habent. Ad uifus autem facilitatē exponemus deinceps nudam traditionem conciliations singulariū gentium cum uno quoque ſigno ex superioribus conuenienter ducātam. Hoc modo.

Nada expositio que gentes quibus ſub signis ponantur.

V. habet Britanniam, Galliam Bracatam, Germaniam, Baſtarnas, Cœloſyriam, Palestiniam, Idumeam, Iudeam.

V. Parthiam, Media, Perſida, Cyclades inſulas, Inſulam Ciprum, Maritima loca Asia minoris.

II Hyrcaniam, Armeniam, Mattianen, Cyrenas, Marmaricam, Inferiorē Aegyptum.

III Numidas, Carthaginenses, Afros, Bithyniam, Phrygiā, Colchida,

♀ Italianam, Galliam Togaram, Siciliam, Apuliam, Phoenicen, Chaldaeos, Ochiniam.

IV Mefopotamiam, Babylona, Assyriam, Græciam, Achaiam, Cretam.

Δ. Bačtra, Casperiam, Seras, Thebaidam, Oaſin, Troglodytas.

V. Metagonitida, Mauros, Getulos, Syriam, Commagenem, Cappadocas.

‡ Tyrhenos, Celtas, Hispaniam, Arabiam felicem.

þ Indiā, Arrianen, Gedrosiā, Thraciam, Macedonas, Illyricum.

≡ Sauromatas, Oxianen, Sogdianen, Arabiam, Azaniam, Media, Aethiopias.

X Phazata, Nazamoniſis, Garamantice, Lydia, Cilicia, Pamphyliā.

Particularum predicationum ratio.



Is expositis cōuenit & hæc adiungi huic parti. Fixarum etiam stellarum singularis aliis quo in ſigno reperitis, conciliari eaſdem regiones quas illud ſigni fortitum fuerit, quo cum ipſe inducito per polum ſuum circulo, regiones cas

eis aspiciant. Præterea ea loca signifeti potissimum cōsideranda de magnis uribus que metropolis dicuntur, per quæ in harum extructiōnū principijs, ut in genitura hominis, ferri ☽ ac Lunā anni inaduersum, ubiq ex cardinibus præcipue horoscopos fuit. Quartū autē tempora extructiōnū non cōp̄eruntur, uidendum quo cadat si c. in genitura principiū ac regum, quæ quoq̄ tēpō re rerum potiētū. His præcognitis cōsequens fuerit percurrere rationē prædictionē, primumq̄ illas quo totas regiones urbes cōpleteūt, cuius cōtemplationis modus erit talis. Non est prior neq̄ potentior causa huiusmodi casuum, quam quæ dicitur à defectiūs ☽ & ☶ copulationibus, & transitibus stellarū illarum tempore. Sed prædictionū huius partis, una est localis, qua continent præsentiam regionum ac urbium, quibus intenditur significaūt particulariter defectuum luminariū, aut cōcurrentes stellarum mestruatiōnes, quæ sunt Sat. ☾ & Mars cum stationarij sunt. Altera est temporalis, qua comprehendit & significatiō tempus & durationis magnitudo. Tertia generalis, in qua ineft cognitio, quibus quicq̄ rerum generibus aduentur sit. Quarta & ultima specialis, qua definitur singulatim modus uenturorum.

De regionibꝫ quarum sit significatiōnes.

Primam igitur quā diximus localē ita explicabimus. In copulationibus enim defectiūs ☽ & ☶ præfertim eū dentibus, considerabimus defectiūm signiferti locum, itemq̄ conciliatiōnes cum signis regionū per triangula, item quid habeat consensum cum loco defectiū signiferti, siue in urbū primis extructiōibus, siue ab horoscopo, siue ab illis locis quæ tum lumina occuparunt, seu m. c. eorum qui iam rerum lumina præfint. Quibus conciliatiōibus reperitis decernemus eventus omnino ad ilias quarum fuerint regiones pertinere, inq̄ primis si cum signo defectiū con-

tungantur, & si ipsiis deliquiū supra terram existens apparuerit.

De tempore eventuum.

Sed temporalis tractatus qui cōpleteūt significationum tempus & durationem talis est. Cum enim quæ deliquia eodem tempore accidunt, non soleant apud omnes ubiq habitantes eisdem horis inequalibus consummari, nolo autem & Solis & Lunę deliquia intellegi, neq̄ etiam obscurationem nec durationem pariter intendi, primum in unaquaq̄ regione cuius situs ratione cōprehensionis est, ad horam deliquij, poli altitudinem & cardines tanquā in hominis genitura exprimitur, deinde exquireret quod horarum equinoctialium in unaquaq̄ comprehensa ratione regione duratio sit obscurationis. His enim constitutis, quoquot horas equinoctiales inuenierimus, tot in solari quidem deliquio annos, Lunari uero menses duratores effectus prouidiamus. Ceterum exordia ipsa & uehemenniores progressiones cognoscētur ex loci defectiū habitu erga cardines. Nam cum locus ille inciderit in orientalem finitorem, significat euēnum exordia circa primos quatuor sequentes statim deliquiū tempus menses futura esse, uehementiores autē progressus in primo triente totius durationis effectionalis. Sed si inciderit idem locus in M. Exordia erunt proxime sequentium mensis, & trientis medijs totius durationis. In occidentali autem cardine significātur exordia ultimorum quatuor mensium & ultimi trientis totius durationis futura esse. Verum particulariū remissiōnum intentionumq̄ iudicia fiunt de intercedentibus toto tempore luminariis copulationibus, cum in locos auores effectiōnis, aut illis configuratores inciderint, depeq; alijs una exortientibus stellis effectiōnis designatiōibus, cum aut in emersionibus aut occultatiōibus, aut stationarij, aut noctu emicatiōtes, configuraūt cum autoribus effectiōnum.

onum locis fuerint. Emergentes autem uel stationariz intendunt euentus, dum uero occultatum se eunt auct splendore Solis obruantur, noctuie emicantes, & de euentibus remitti aliquid solent.

De genere euentuum.

Tertio loco propositum fuit cognoscere in qua generum euentus essent exitu. Hoc ipsum reprehendetur. de natura signorum & de forma in quas loci deliquiorū inciderint, horumq; locorum dominatrices stelle cum usq; tantum tum fixarum hęc & de ipsius deliquijs & de cardinali signo deliquijs intelligenda. Dominatio autem stellarum errantium ita colligitur. Quæcunq; enim pluribus modis utriusq; loco, id est, deliquijs ipsius & hoc sequentis cardinis adiungit cerneret, ea sola dominationem occupabit. In hoc autem considerantur proximæ & apparentes accessus & defluxiones, & ratione comprehensæ figurations, itemq; domiciliorum triangulorumq; potestas, una cum altitudine & terminis. San una exdemq; stella dominium utriusq; loci, id est, defectu & cardinalis fortia non fuit, præferetur quidē defectus locido minus, sed afflueret etiam ille qui præceteris utrique loco pluribus modis de prescriptis adiungi videbitur. Sed multis dominationes sibi uendicantibus propter aequalitatem respectus ad unumque locum, præponetur reliquis uel cardinali, uel potentiori, uel qui magis conditionis sedetq; fuerit. Stellarū autem inerratiū allumeat ea qua loco defectuio quasi assederit in præterente cardine, prius splendore secundū nouem modos demonstratos in primis compositionis nostræ libr. Deinde uel cum cardine orientis uel n. c. sequente locum defectuum repeta. Atq; ita ante maduerfa in stellis autoritate effectu, contemplabimur & formas signorum, in quibus & deliquiis ipsum & huius dominatrices stelle reporte fuerint, à quorum proprietatismodi generalium euētuum communiter ducuntur.

Nam quibus signis forma humana trahitur, siue in signifero, id est, ecliptica intelligantur, siue per reliquos interras tes apparent, significat euāfuros euentus in genus humanum. Aliorum terrestrium formæ quadrupedes, assimili bus brutis, serpentes, anguibus & huiusmodi, rursum ferre, immanuetis & noxijs humano generi, Mites, uulibus, domitis, operarijs & adiumentū comoditatibus uite nostrę afferentibus procurusque formæ descriptione, ut equi, bouis, pecudis, uentura portentur. Præterea lep̄tationales formæ terreni, terræ subitos motus, meridionales nimbo tum fluxus afferunt. Iam cum loci illi autoritatis fuerint in figuris pénigeris, ut ng. & Gallina, in aues & uolanci in primis ea que uictu apta sunt, similes cum natribus, in aquatica & pisces euētus cadūr. Quæ figura si fuerint marina ut g. & delphini, marinis pisibus classibusq; insuper & nauigationibus, sicut fluviatiles ut m. & fluvialetis & fontanis uentura decernuntur. Argo autem utrancq; genus complectitur. Ad hęc reperte autoritatis stelle in signis tropicis ac equinoctialibus communiter aeris & temporis sui statum significant, proprie autem uernum tēpus & ea que terra nascitur. Si enim reperiatur in æquinoctio uerno, iudicio sunt pululationum arborum fructiferarum, ut uitis, ficus fructuumq; maturitatis. In solsticio perceptionum frugum & conditio num, peculiariter autem in Aegypto et Nili exundationis. In æquinoctio uerno, fationum & pabulatoriorum & huiusmodi. In bruma olerum & auium, ac pisium illius temporis. Sed æquinocti alia etiam significationem dant sacrum & diuinæ culturę. Tropicā mutant onum aeris & in rebus publicis mortis ac legum. De solidis iudicium fiet foundationum & substitutionū. De bicorporibus hominum ipsorumq; regum. Quæ uero tempore deliquijs orientalium magis positi fuerint, fructibus, adolescēti, fundamentis euentura, fed a M. C. tēpis, regibus, etati virili, Occidentalib autem

autem legum institutorum mutationes & senecte causas, & vita functiones significant. Caterum quatenus in deprehensione genus affectiones progressus sint, ostenderet magnitudo obicitur tatis deliquiorum. & erga defectuum locum stellarum autoritatem fortitudine habitudines. Nam uestertini erga solaria deliquia. Matutini uero erga lunaria, minoria omnia reddunt. In oppositionibus autem dimidium demisit. Sed matutini erga solaria, Vespertini erga lunaria deliquia, augent.

De modo ipsarum.

Varto loco proposita fuit à nobis exquisitio modorum praeogniti euētus, hoc est, in bonum ne an malum illū eūtum, & quales per utrumque in sua specie futuri essent. Hoc ipsum declarat naturalis efficientia stellarum dominantium in autoritatum locis, & cum ipsarum secum tum etiam cum ijs locis in quibus ipse fuerint commissio. Nam Sol & Luna ut principes omnium imperii & editionem penes se habent, autores effectuum & dominationis iis stellis cōmitterentes, ipsarumq; stellarum aut uires augent aut immuniunt. At quibus stellis potestis contigit commissio eaurum consideratio demonstrat eventum modos. Incipiens aut nunc deinceps singulatim Errantium stellarum proprietates explicare, ubi hoc prius monuerimus leiores huius brevis institutionis nostræ, quod in generali hac mentione quinq; errantium stellarum commissionis & efficientis, similis natura intelligenda sit, siue illa ipsa huius constitutionis sua locum tenet, siue alia inerrantium, aut signiferi etiam aliquis locus, perinde ac si naturæ haec & proprietas ipsarum, non stellatum essent appellations. Itemque quod in missionebus non solum ipsarum inter se errantium coitus, sed etiam inter has & alias similis naturæ siue inerrantes, siue loca signiferi, necnon quid cum his errantibus familiaritatis intercedat, inspicere oporteat,



Saturni ubi solus dominationem sustinet fortuitus, corruptit generaliter frigore. Peculiares autem sunt huius cum in homines ille corruptio cadit, morbi diuturni, tabes, marcores, humoris, molestie et fluxiones, febres quartang. Tum exilia, inopia, angustie, luctus, terrores, mortes potissimum astate prouectori. Bruta ferè apta hominum usu communiuit, rebus ipsiis mortuis mala infert, ut illis uescentes similia in mala deuenientes intereant. In aere excitat frigus horrendum, glaciolum, nebulosum, pestilens. Tempestates aduersas, densas nubes, caligines. Item niuis magnam uim non oportune sed contrarie, unde serpentum noxia hominibus multitudine concreta exiliere consuevit. In fluij ac mari communiter, hyemes, naufragia, difficiles cursus, plicium penuriam & interitus, peculiariter autem uorticis in mari fluctus, & fluviorum exundationes, & aquarum depravationes. Terra uero frugum caritatem, perturbat, uafitatem, potissimum earum que necessaria sunt ad uictum, immittit, per erucas, locustas, aquarum inundationes, nimborum impetus, grandinem, aut alia huiusmodi, quæ uique procedunt, ut fame similique pernicie homines extinguant.

¶ solus nactus dominium, generat incrementa rebus confert. Sed peculiariter cum euētus in humanum genus exēunt, largitur gloriam, amicitias, tranquilitatem, pacem, rem familiarem auger, corpus animumque componit, conficit dona & beneficia à regnatoribus, hosq; ipsos auger ac ornat, facit magnis animis, inq; summa, felicitatis uniuersæ est autor. Animatum reliquarum utilium ad uitam degendam copiam & abundantiam, contrariarum exitium & interitum procurat. Tempestates reddit salubres uentis & imbris altices terrefrictum, fortunat classibus cursus, fluviorum aquas moderatas conseruat, frugum copiam, & his similia efficit.

Mars ubi solus attipuit dominatio-

Xx nem,

nem, generaliter corrupti sensore, sed peculiariter in humanum genus facit bellis, seditionibus intestinebus, carcere, popularionibus, tumultibus plebeis, iracundis principum & ab his inopinatas mortes infert. Huius sunt astutae febres, tertiane, sanguinis eruptiones, morbi acuti, uiolenta mortes, in primis at tatis validæ. Item uis, cõumeilia, iniuriae, incendia, homicidia, rapina, latrocinia. In ære commouet calidos uentos, pestilentes, tabificos, fulminum taculations & flammæ, squalem. In mari subitas nautum subuerstiones per ventos turbulentos, fulmenatio aut alia huiusmodi. Fluorum aquas exorbes, desiccata fontes, depravata latitudo. Quæ necessaria sunt ad usum uitæ humanæ animantes eis terra nascentia pessundat, uel permicio hoc astutum nondum percepta uastas, uel condita conflagrationibus.

¶ sola domina venturorum generaliter ea efficit, quæ cum uenustate quadam, peculiariter autem hominibus cœciliat famam, honores, gaudia, frugiferos annos. Dat fortunata coniubia, copiam liberum, & gratiam in coniunctionibus, incrementa bonorum, uictum mundum, honestatem, reuerentiam, uenerationem. Insper & corporis decorum, & necessitudines gratas potentiorum ac principum. Aëra uentis replet temperat, humidis, secundis, diffinis, commoda tempestate, serenitate, demissi imbrum tempestivæ pluvias. Nacibus felices cursus & secus, celius lucrofus tribuit, Fluminum aueos complevit. Animantum uilitatem seruentum & frugum in primis copiam abundantiam, commoditates coferit.

¶ adeptus dominationem, generaliter quidem in illius stellæ naturam se insinuat cum qua fuerit configuratus, est autem omnium maxime impetuoso. Et in his quæ humanæ sunt, acer, efficax, accommodabilis offerentibus se rebus. Vsurpator latrociniorum, furorum, piraticæ invasionis, contrariorum venturorum suscitator, in configurationi

bus cum maleficis. Autem horribilis siccitas, febrium cottidianarum, tuffis, anhelationis, tabis. Habet & sacerdotalem rationem & cultus dieinos, & regios reditus. Habet & mutationes suis temporibus legum ac morum, que omnia congruant cum illius ac reliquorum stellarum singularium commissione. In primis uentos turbulentos, uebementes, instabiles, siccitatæ aëris & mobilitates commouet, cum de uincitatem solis, tum celestis cursus sui. Itaque & tonitus, flammantia que fulmina immutat, dissipatæ ac concutit terram, fulgura ciet. Unde & interdum perniciolus est aperte uisibus uitæ, animalibus & frugibus, flumina occidens, explet oriens.

Vbi igitur peculiari in natura reperita sit, etiam si fuerit effectio quæ quoque illam ipsam consequuntur similes. Sed cum inter se permiscantur cum configurationibus ipsis, tum permutatione signorum & à sole apparitionibus, contingen- tia etiam in effectiōibus tempora- ratio, & miseria variaque proprietates decretorum existunt. Quia uero infinitum, hoc est, neq; fieri potest ut unius cuiusque temperaturæ peculiare decreta doctrina comprehendant, omnesq; simplier aliquis cuiuscunque modi configurationes tam multiplicis praesertim rationis, exequatur, relinquendum mento est hac pars Mathematicæ in singularium rerum iudicijs gnosis atque industria. Sed hoc diligenter obseruabimus, quis in stellarum principum decreti respectus, & regionum ipsiarum ac urbium in quibus significatio- nes cadent. Cum enim sunt illæ bene & conciliatæ locis obnoxij, neque superantur ab alijs diversæ factæ, multo magis absoluunt naturæ sue ho- nitatem, sicut & alienæ aut superare ab aduersariis minus profunt. Quod si noxiæ hunc principatum excepint, conciliatæ cum obnoxij locis, aut superare à stellis aduersariæ factæ, minus nocent. Quæcumque neque dominatrices regionum erunt, neq; superabuntur ab alijs quæ

quæ illarum commendationem acceperit, tum uehementiorem sus cōstitutio-
nis pestem infilient. In genere autē unius
uersatibus à malis potissimum corrip-
untur s̄i, quorum in genitūs p̄cipua
loca, nempe lumen aut cardinum ea-
dem fuerint cum illis à quibus universa
lum casum causæ uenit, id est, eclipsi-
cis ipsiis aut his oppositis. Sed in primis
periculis ac incutiebiles sunt partiles
occupationes, dimentientes quæ deliqui-
orum utrūius ille lumen respectu
habuerint.

De colorib⁹ in deliq⁹ & crn⁹, &c.

huiusmodi alijs.

Oferuande etiam sunt in uni-
uersatibus cōsiderationibus
colores in deliq⁹, nō mo-
do iſorum lumen⁹, uerū
aliorum quoque quæ iuxta illa solent
colligi, ut uirgularum ac arearum, &
quæ alia sunt huiusmodi. Nam si nigra
fuerit uita esse uideantur, significant ea
quæ de h̄ natura expoliūmus. Candidus
color lousialis est. Rusticus Martius.
Flavus Veneris. Varius &c. Quod si co-
loris propriae per tota lumen⁹ cor-
pora, aut etiam loca se diffuderit, pluri-
mis regionis partibus futura decernit,
sia quacunque à parte apparuerit illis
partibus in quas se propriae illa incli-
nabit. Oferuande & crn⁹ seu in de-
liq⁹, siue alio quolibet tempore fuisse
runt, in cōsiderationibus uniuersatibus,
quales sunt que dicuntur trabe, tuba,
dolia ac huiusmodi. Est enim harum
naturæ effectio Martis ac Mercurialis
proprietatis, bellorum, astri, turbulen-
tis, & eorum que illa sequi coluevere.
Ceterum loca in quibus h̄ eventura
fiat designantur cum à signiferi parti-
bus in quibus collecte ille stellæ fuerint
cum de crn⁹ figuracionis inclinatioe.
Per ipsam quidem collectionis quasi
faciem & formam, futurorum species
& genus cui affectio expectanda sit, de-
prehendetur. Verum de tempore dura-
tionis, intensione eventuum. De habi-
tudine autem erga ōmnia patet.
Nam cum fuerint matutinæ diuque ful-

serint, celeritatis, sin uespertinæ, tardi-
tatis, significatio futura est.

De nouilano anni.

Demonstrata iam ratione u
nuerſalis cōſiderationis re
gionum ac urbium, sequi-
tur quædam ſubtilior exqui-
tio, eorum inquam quæ lingulis anni
temporibus eventura sint, cuius trajectio
quandam defiderat de Nouilano,
ut uocatur, anni diſputationem. Quod
igitur illud principium capi oporteat à
reuerſione Solis in omni ambitu illius
ac eum locum unde abierat, ipsa res do-
cet cum effectione ipſa, tum etiam no-
mine. Quale autem principium in cir-
culo cōſtituit ſimpliſter polliſt, omnem
etiam cogitationem fugere uideatur. In
illo tamen circulo qui deſcribitur per
media ſigna, probabilita ſola principia
ſumperimus, eorum punctorum quæ
æquinoctialia & coluri ſigna, hoc est,
bina equinoctialia & bina tropica. Sed
rursum & hic dubitatio alicui forte or-
tatur, quo nam ex his qua uor ut pri-
cipere recte utatur. Atque est de ſimpli
quidem & circulari natura horum nul-
lum ut unius principij p̄cipuum. Sciri
ptores tamen harum rerum uno quopi
am uifunt alio ſanè alia cui quicque
principium pro ratione & ſenſu naturæ
ſuę aſcriberet. Etenim ſingula hec me-
bra eximiū quoque quiddam habē-
tur principium. & nouum annum ſibi
ture uendicare uideantur. Nam equino-
ctiū uerū proprium ut tum longiores
dies noctibus fiant, humiditatisq; hoc
est, tempus. Humiditatis autem natura
potissimum ut ante quoq; diximus, in ex-
ordiis genitū regnat. Sol ſitum lon-
gissimum diem edat, & Aegypti ſun-
dationem Nil, ac ortum Caniculę ſig-
nificat. In autumnali equinoctio ca-
dit tempus cōdendarum frugū, & qua-
si de nouo principio aliarū ſonina terre
mādantur. Bruma diem incipit dimi-
nuum producere. Sed cōuenientius mili
ac naturalius uideatur, ad annuas inspe-
ctiones quatuor principia conſtituire,

Xx 1 obſeruatis

obseruatis & precedentibus confuncti onibus ☽ & ☾ cum interlunij tunc plenilunij, atq[ue] in primis defecuis. Atq[ue] ita de V principio iudicium facere de statu ueris. De frigore abz. De autumno abz. De hyeme abz. Nam ipse quidem ☽ uniuersales temporum constitutio nes & modos facit, unde & penitus im periti Mathematum futura praeconosciunt. Sed & proprietates signorum ad significationem uentorū & generalium na turarum assumende. Temporalium sūt mutationum incrementa & diminutio nes indicabūt uniuersaliter quidem ui cinē predictis punctis coniunctiones, & erga has stellarum errantium configurations, particulariter uero in uno quoq[ue] signo interlunia & plenilunia, item stellarum transitus, quam meritu struam inspectionem nominare licet.

De particulari natura signorum respectibus.

A Dhac tenet debet particu lariter proprietates naturales signorum ad annas cōstituções, necnon singulari stellarum, quas nos supra expoluimus, accomodata errantibus & similis mo di inerrantibus ad aēris & uentorū, tois autē signis cum ad uentorū tam temporalium anni familiaritates. Restat nūc particulares quoq[ue] signorum naturas expo nere. ¶ Arietis sicut signum genera liter est propter significationē a quin octalem tonitruosum, et grandinosum. Particulariter uero h[oc] & intenduntur & remittuntur de proprietate inerranti um stellarum quibus describitur. Prior es illius partes imbræ & uētos ciente, medijs tēperat, extremjs effluos & pe stulentis sunt. Septentrionale spaciū effluans & noxiū australē glaciolum & frigidiusculū. ¶ Tauri signum præse fert generaliter utrumq[ue] modū et est sub calidū. Sed particulariter priora ubiq[ue] Vergilius uenit, turbulenta uentoſa, & nebulaſa habet. Media humectāta & frigida. Sequentia ubiq[ue] succulē con spiciuntur ignea fulminū ac fulgurū efficientia. Septentrionalia temperata. Australia instabilita & incerta. ¶ Si

gnūm II uniuersaliter est temperatio nis efficiens, particulariter uero primo rībus in partibus humidū ac noxiū. Medijs temperatum. Posterioribus mi stum ac incertū. Septentrionalibus uen tos cier & terras concenit. Australibus aridū & aestuofum. ¶ Signum Cancri generaliter ferentia & a statis esse cōitionem sortitum est, sed particulariter in principio ful & iuxta prelepe suffocat & terras qualit, caliginemq[ue] offundit. Medium temperatum, in fine uēto sum. Tam septentrionali quā australi in spacio igneum, noxiū, aestuofum. ¶ Leonis lignum, in uniuersum aestuat ac suffocat, particulariter uero habet principium suffocans ac pestilens. Mediūm temperatum. Finē siccum & noxiū. A septentrione instabile est & igneum, ab auctro humidū. ¶ Virgi nis signum in uniuersum humidū est ac tonitruosum, sed particulariter incli piēs calidiusculum ac noxiū. In medio temperatum, definit aquosum, Septen trionale ueris uentosum. Ad austrum siccum ac pestilens. ¶ Signum in uni versaliter est tonitruosum ac igneum, sed particulariter priores partes nūc gunt. Medix temperat sunt, posterio res turbulentia, septentrionales xituant, australis humectant. ¶ Signum ♀ in genere uētosum, particulariter in prin cipio seu humidū, medio temperatū, calce igneum est. Ad septentrionem uergens uentosum, ad austrum humidū & variabile. ¶ Signum ♂ gene raliter humidū est, in prioribus parti bus effluans & noxiū, medijs temperatum, posterioribus pluuiosum, tam septentrionalibus quam australibus hu midū ac noxiū. ¶ Aquarii signū in genere est frigidū & aquosum, sed particulariter prima habet humida, media temperata, extrema uento fa, septentrionalia xituantia, australia noxiū.

niosas. ¶ Signum χ uniuersaliter frigidum est & uenescum, partes autem haber priores quidem temperatas, medias uero humidias, posteriores asperas. Septentrionalis situs uentosus, australis aquosus est.

De particiari tempefatum consideratione.

Ils igitur expositis lequitur percurio particularium significacionum, que talis sit. Una est ratio generalis respectu quadrantum signiferi, qua, ut diximus, obseruanda sunt proxime antecedentia æquinoctiales ac tropicas significaciones, interlunia ac plenilunia, horumq; utrorumlibet in unoquoque proposito climate cardines tanquam gentes tempore constituendi, tum cognoscendæ dominatrices stelle cum interluniorum pleniluniorum loci, & sequentium hunc cardinum sicut supra in deli quiorum doctrina exposuimus, atque ita uniuersalia de proprietate quadrantum exquirere, sed intentiones ac remissiones de dominantibus stellarum natura, cuiusq; modi ac constitutionis effectu nem ille habeat perdiscere oportet. Altera ratio est mensura, qua considerantia sunt in singulis similiter signis interlunia et plenilunia hoc solo obseruato, si interlunium forte antecellerit proxime punctum tropicum aut equinoctiale, ut interlunij illo toto quadrante utamur, si plenilunij, si plenilunij. Considerandi & cardines & utriusq; loci dominatrices stelle, inq; primis applicaciones defluxiones & errantium stellarum easdemq; proprietates, nec non & locorum, quosq; uentos quosq; stella ac quosq; signorum partes in quibus ille fuerint, commoueat. Præterea in quæ uentis latitudine sua inclinet \odot in obliquitate ecliptice, de quibus omnibus notatis potioribus, mensuræ generales status ac uentos præcognoscere poterimus. Tertia ratio est subtilioris eiusdem obseruationis intentionis ac remissiōnum. In hanc cadunt configurationes \odot ac ζ particulares, non solum interlunij & plenilunij, sed etiam horum me-

dix, id est, quadratæ. Vbi animaduertendum ante tres ferè dies omnium temporum statum significaciones existere soleat, aut etiam post tres nonnunquam, exequati itineris Lunaris erga \odot . Cadunt & singulorum istorum status, neq; isto modo, sed etiam aliarum figurarum ut sexangulae ac triquetra, itemq; apertius stellarum errantium, nam de harū natura consequenter mutationis proprietas deprehenditur. respōdens aspicientium stellarum & signorum erga circundans nos cœlum ac uentos, familiaritati. Verum horum ipsorum particularium modorum, diurnæ intensiones remissiones existunt potissimum, ubi inerrantium stellarum ex qua maxime illustris luna, matutinis aut uespertinis ortusq; aut occasus sui fulgoribus erga solem conspicuer fuerint, nam conuentant particulariem statum ille plerunque ad modum naturæ suarum. Idem iodi candum usu uenire, ubi lumina iter per cardines fecerint. Talem enim ad habendum illorum horatæ remissiones ac intentiones tempefatum sece conuertit, sicut secundum ζ astus maris ac redundationes, itemq; mutationes uotorum præcipue per tales cardinationes fulgorum tales consueuerit esse, ad quales ipsa se ζ latitudine sua inclinauerit. Vbiq; autem hoc tenendum est, priorem ac posteriorem, generalē & primarię subfectionis cauam sequi uero tam quæ sit particularium accidentium, sed tum efficiaciam firmā in primis ac validam esse, cū generalis nature dominatrices stellæ, illis quarum fuerit particularis curatio, aspectu ac configuratione sece coniuncterint.

De obseruandis meteoris, id est facie cœli.

Profuerit & imparcialiter significacionum præcisionibus notasse iuxta \odot , ζ ac stellaras apparētias uisa. Ac \odot quidem innubimur orientem in iudicio tempestatis diurnæ, nocturnæ uero occidentem. Sed diurnioris configurationem cum ζ illius, nam singulæ figurae tempestatem qualis usq; ad proximi

mam futura sit declarare consueverit. Si igitur pura luce & expers caliginis, uarietatis, nubium & orietur aut occidet, serenam tempestatem pollicetur, in uarierate autem orbis, cumque hic flammus, rubentesque eiaculari radios uidebitur, siue illi directi, seu refracti apparetant, itemque cum illas Solares nubes quae uigilias dicuntur una a parte informarit, nubiumque figuram subruber, radios, in longum tendentes circum se habuerint, uehementes tum flatus significantur, pro rjs angulis quos respexerint usia illa. Niger aut luridus, in ortu occasuque, si nubibus quoque inuoluerit au area una a parte cingetur, aut Solares illae nubes utriusque aderunt, nec non radij subpalidi aut nigri, minatur hyemes atque imbre. Lunâ obseruabimus in itinere sive dieru trium ante uel post interlunia ac plenilunia & mediū tempus quo erga Solem quadratur. Nam tenui puraque luce nitens siq[ue] nihil illam circundet, serenitatem spondet. Sin tenui rubeat luce, siq[ue] totus perspicuus sit orbis illius etiam qua parte non illustratur, & tremere uideatur, uentos maxime declinationis suè ceter. Nigra, pallida, spissa hyemes ac imbre minatur, Non negletur animaduersio quoque areatum quæ Lunâ interdum cingunt. Nam si una fuerit pura paulatimque euangelica serenitate, siu duæ aut tres, hyemes significat, atque has eū uentoribus turbulenta subrubet quasiq[ue] perrupte cum nube, caliginosè ac spilli, luridè ac nigra & lacere, tam cum his quam cum illis, eoque etiam uehementiores significant illas, quo ipse maiores fuerint. Errantibus ac inerrantium splendit circonfusa area de proprietate coloris sui portendunt ea quæ naturæ ferunt stellarum. Inerrantium etiam quasi turbulas aspiciemus quo ille colore quoque

magnitudine uideantur. Nam si splendidiiores gradiotessq[ue] solito appareant, quacunque in plaga cœli luxerint, ab illa uentos concitatibuntur. Quin etiam nebulosi giri qui dicuntur, utin præcep[er]i & alibi proprii si sereno cœdo aut ex ies sint, uisumque fugiant, aut perdens esse uideantur, nimbos, puri uero ac ubrati, turbulentiam uentorum portentur. iam si stellarum earum quæ utrinque ad præsepe cernuntur asinorum appellatione, una quæ septentrionalis sit non appareat, flabit Aquilo, si uero altera Australis non appareat, flabit Auster. Præterea quæ certis temporibus in cœlo se ostendunt & ostenta dicuntur, eorum crinita sidera semper squalore uentosque prenuntiant, eo quidem uene mentiores, quo pluribus in partibus & ieiuniorum corpora gradiotera fuerint. Discursiones & faculations stellarum si ab uno angulo prorumpant, inde quo que uentum emittunt. Si occurrant inter se, uentoribus prælia fulcitant. Si uero de quatuor plagiis ruant hyemes uarias ferunt atque etiam fulmina, contrua & que alia huiusmodi sunt. Nubes in quibusque finibus confpectæ assimiles floceis lanæ, nonnunquam hyemes afterunt. Sed arcus quoque tempore extiterit, si serenum sit hyems, si hyeme, serenitas expectanda. Ut autem hec coelcludantur, sciendum generalia uia aëris certis temporibus eadem portendere quæ sunt in superioribus de suis quæque accidentibus explicata. Atque hactenus placuit de generali inspectio ne uniuersalium atque particularium signorum breuiter discerere. Quod superest, Genitales præcognitiones sicut & ordo postulat nunc deinceps exercetur.

Finis libri secundi.

Lectori

Candidi lector cam anno superiori imprestitissimam Geographiam Ptolemei, usum nobis fuit; ut etiam
tabulae que extarent eis auctoris in annis tomum colligerentur, itaq; habes primo Almagesium à Georgio Tra-
pezantio conservatum. Deinde Proclus Diadochum qui tecum Almagesium tangamus epitome redigit, à
Georgio Valla translatione. Post hec sequuntur quatuor libri Quadruplicati Ptolemei, duo primi à Ioachimo
Camerario latinitate donata; sed ne quid deficeret, in reliquis duobus secuti sumus veterem interpretationem, qui non
mis fide rem trahunt, quod studio suu illi ut transferendo lucem adderet obscurioribus, quo satem omnia cla-
tora & intellectu facilita reddenterentur, ubi operere pcam arbitrabamur, adiecerimus verba Graeca, at tule-
ctor videas nos ea non oscitantur addidisse, & in spem vocans certam, ita esse omnia elaborata, ut nihil ferre
amplius candidus lector desiderare posse mentitur diec non addidimus cuiusdem auctoris centum sententias à to-
mico Pontano versas. Postremo habes Interramnum stellarum significaciones per Nicolaum Leoninum tra-
dictas. Vale.

CLAVDII PTOLE-

M A T H E M A T I C I , D E I V D L

C I I S , L I B E R . III.



Ostip accidentia gene-
ralia in his que ex no-
stra obseruatione pre-
missa sunt demonstra-
vimus, eo quod eorum
obseruatio ad premit-
tendum est conuenientior, qualiter fu-
tura rerum uniuscuiusq; hominū in sua
rum naturarum proprietatibus depre-
hendamus, nunc explanare nitemur.
Hæc igitur pars operis vocatur [¶] is
Graec εἰσ., τι περιγράψει μητρὶ γῆν
δημοκράτη.] rerum nativitatum prognosi-
ca. Quod autem istarum duarum speci-
erū uis in via operis & scientie sit una,
scire non est inconveniens, nam Solis &
Lunæ stellarumq; motus uniuscuiusq;
proprietatis & generalis accidentis est occa-
sio. Differet iverò naturam eorum
qua predicta sunt & motuum consimili-
um & obseruatio, quos & celestia
mouent, & ea que ipsa circundant est
occasio per quam ent horum acciden-
tium prognosticatio: præter quod ge-
neralitas accidentia maiora sunt & alterius
ius supplemento non egent, particula-
ria uero nos sic, nec oportet ut ipsarum
principij horas, in quibus celestis qua-
litates ponimus, & quibus id praescire
nitimur, quod à societate figurarū que
in ipsiis horis formantur, significantur,

unum & idem principiū esse putemus;
Imò quod plura sint initia generalium
accidentium existimare debemus, eo
quod in toto unum principiū inueni-
re non possumus. Hæc vero principia
semper non ex ipsis rebus subiectis sed
ex rebus circumstantibus que futurū
sunt occasions inueniuntur. Nos eter-
nū in maiori parte cuncta accidentia
per grandiores eclipses & per stellas
que manifesto motu mouentur inqui-
rimus. In singulis autē hominibus unde
& multa principia reperiuntur. Vnu
itaq; principiū est initium collectiōis
quod est in nobis, multa uero principia
respectu primi sunt alterationes que
post hæc ex rebus circumstantibus con-
tingunt. Vnum igitur initium ad pre-
mittendum hoc in loco conuenientius
est, ob hoc quod alia omnia nō nisi hu-
iū occasione proueniunt. Qua propter
cum hæc ita sint, generales proprie-
ties collectionis ex obseruatione primi
initij deprehenduntur, ex reliquis uero
principijs id quod in unaquaque hora
rum ex augmento uel diminutione co-
tinget secundum hoc quod ex tempo-
rum diuisiōibus subiungemus addi-
scemus.

Xx 4 De casu

Cap. hoc trans
fudit loach.
Camer.

De casu spermatis et de exitu infantis, Cap. 1.

Voniam ad esse hominum temporale principium habetur, et si hoc principium naturaliter cum sperma cadit, in potentia vero & accidentaliter cum infans hora partus ingreditur. Conuenit his qui horam casus spermatis fortuitu uel obseruando deprehenderunt, ut cum corporis & animae qualitates proprias scire uoluerint, suas ad hoc investigaciones ex hoc quod figura stellarum haec hora proprie, id est, hora casus spermatis operat, accipiant. Quia propter cum acciderit spermatis semel in principio qua illatē recipere que sibi ex rebus circumstantibus aduenire, licer illa qualitas in hoc ex rebus horis esse corporis continetur postea varietur, ipsum cum augmētum materiei sibi tunc simili naturaliter subimet attraher, cumq; creuerit illa rerū materies qualitatē primā que spermati propria est assimilabit. Cum autē hora casus spermatis ignorabitur, sicut multo tempore eueniē cōpētum est, initius quod est infantis exitu necessario cōvenit obseruare. Quod idem maximū est initium, nec etiam à primo differt, nisi in hoc quod subiungit, per primū itaq; principiū id quod est ante partū ut praesciat aūt possibile est, nam prius esse principiū, aliud autē simile fore principio latet enuntiari potest, eo quod ultimū eorum, secundū est in tempore, & forrallis eius qualitas est in fortitudine pectoris primo, oportet etiam ut primā initium feminis hominis frequentius appelleat. Secundū uero esse hominis dicitur ob hoc quod infans ea tūc adipisciatur, que dum in utero clauderet nō habebat, et cum hīc etiā proprietates que tantū sunt in hominis natura & qualitatē que suo corpori accidit acquirit. Item id quod hora partus nos circundat, licer in faciendo natū nihil iuuare putetur, ut ilius cuius est qualitatē existat, iuuat tamen ut sit eius apparitus ex iuscō exitu secundū propriā circumdatis rei qualitatē, propterea quod natura post ipsius perfectionē, cum ad exitū

moueri facit, cū qualitatē qualitatē que eum formauit assimilabitur. Oportet ergo ut stellarum qualitatē hora exitus infantis stellarum rerum similia iterū significare existimemus, nō quod ipsa hīc operetur, sed necessario & naturaliter in fortitudine opifici assimilatur.

